octo tātū dies habentes. Secunda ratio ſu
mitur penes intellectū anagogicū ſiue cele
ſtem. Ideo enim octaua die fiebat vt daret̄
intelligi ꝙ in octaua reſurrectiōis ab omni
pena ⁊ miſeria circūcidemur. Et ſecundum
hos octo dies erant octo etates. Pꝛima ab
Adā vſqꝫ ad Noe. Secunda a Noe vſqꝫ ad
Abꝛahaꝫ. Tertia ab Abꝛahā vſqꝫ ad Moy
ſē. Quarta a Moyſe vſqꝫ ad Dauid. Qui
ta a Dauid vſqꝫ ad Chꝛiſtū Sexta a chꝛiſto
vſqꝫ ad finē mundi. Septima moꝛientium.
Octaua reſurgentiū. Uel per octo dies in/
telliguntur octo que in eterna vita poſſide
mꝰ que enumerat Auguſtinꝰ dicēs: Quid
aliud ē? ego ero illoꝛum deꝰ: niſi ero eis vn
de ſatientur: ero quecūqꝫ honeſte deſiderā
tur.ſ. vita: ſalus: victꝰ: copia: gloꝛia: honoꝛ
⁊ pax: ⁊ omne bonū. Uel aliter p ſeptē dies
intelligit̄ hō cōſtās ex coꝛpoꝛe ⁊ aīa. Quat/
tuoꝛ enim dies ſunt quattuoꝛ elemēta ex q̄/
bus coꝛpus conſiſtit: ⁊ tres ſunt tres poten/
tie que ſunt in aīa.ſ. concupiſcibilis: iraſcibi/
lis ⁊ rōnalis. Homo igitur nūc habet ſeptē
dies quando vnitati eterne incōmutabilita
tis coniūgetur: tunc octo dies habebit: ⁊ in
illo octauo die ab omni pena ⁊ etiam culpa
circūcidetur. Tertia ratio ſumit̄ penes in/
tellectum tropologicū ſiue moꝛalē: ⁊ ſecū/
dum hoc octo dies diuerſimode poſſunt ac
cipi: Pꝛimus pōt eſſe peccati cognitio. Ps.
Quoniā iniquitatem meam ego cognoſco.
Secundus pꝛopoſitum deſerēdi malū ⁊c̄.
⁊ faciendi bonū: quod notatur in filio pꝛodi
go: qui dixit: Surgā ⁊ ibo ad patrē meum.
Tertius pudoꝛ de peccato: vnde ait apoſto
lus. Quē enim fructum habuiſtis: tunc in q̄/
bus nūc erubeſcitis. Quartus timoꝛ de fu/
turo iudicio. Job. Quaſi tumentes ſup me
fluctus timui deum. Hieronymus ſiue co/
medā ſiue bibā: ſiue aliquid aliud faciā ſēp
videtur in auribus meis illa vox inſonare.
Surgite moꝛtui venite ad iudiciū. Quintꝰ
contritio: Unde Jeremias. Luctum vnige
niti fac tibi ⁊c̄. Sextus confeſſio. Pſal. Di/
xi confitebor aduerſū me ⁊c̄. Septimꝰ ſpes
venie. Nam ⁊ ſi Judas peccatum ſuū cōfeſ
ſus fuerit: tamē nō in ſpe venie: ⁊ ideo non ē
miſericoꝛdiā conſecutus. Octauus ē ſatiſ/
factio: ⁊ in hac die homo ſpiritualiter circū/
ciditur non ſolū a culpa: ſed etiam ab omni
pena. Uel duo pꝛimi dies ſunt doloꝛ de per
petratione peccati ⁊ deſideriuꝫ emendādi.
Alij duo confiteri mala que fecimꝰ ⁊ bona
que omiſimus. Alij quattuoꝛ ſunt oꝛatio: la
chꝛymarū effuſio: coꝛpoꝛis afflictio: elemo/
ſynarum elargitio. Uel ſunt octo dies: poſ/
ſunt eſſe octo quoꝛū diligens conſideratio
omnem volūtatē peccati a nobis circūcidit
Ita ꝙ q vnū diligenter conſiderauerit vnā
magnā dietā faciet. Quoꝛum ſeptē enume
rat Bernardus dicēs. Septē ſunt de eſſen
tia hominis que ſi homo cōſideraret in eter/
nū nō peccaret.ſ. materia vilis: operatio tur
pis: exitus flebilis: ſtatus inſtabilis: moꝛs tri
ſtabilis: diſſolutio miſerabilis: ⁊ dānatio de/
teſtabilis. Et .8. pōt eē conſideratio gloꝛie ie
fabilis. Quarta ratio ſumit̄ penes itellectū
allegoꝛicū ſiue ſpiritualē ⁊ ſecūdū hoc .5. di
es erunt libꝛi Moyſi in quibus continetur
lex duo erūt pꝛophete. ⁊ pſalmi .8. dies erit
doctrina euāgelica. Sed i ſeptimis pꝛimis
diebus nō fiebat pfecta circūciſio. In octa/
uo autem perfecta circūciſio fit ab oī culpa
⁊ ab omni pena: nunc i ſpe: ſed tandem i re.
Quare autem data fuerit circūciſio ſex ſūt
cauſe que notantur in his uerſibus. Caute/
rium ſignū meritū medicina figura. Exem/
plū fuit olim circūciſio dura. De carne autē



circunciſionis domini dicitur ꝙ angelus eā
Carulo magno attulit: ⁊ ipſe eā aquis gra/
ni i eccleſia ſcē Marie honoꝛifice colloca/
uit. Carulus vero poſtea fertur Caroſium
trāſtuliſſe. Nūc aūt dr̄ eſſe rome i eccleſia q̄
dr̄ ſancta ſanctoꝝ. Unde ⁊ ibidem ſcriptuꝫ
legitur. Circunciſa caro xp̄i: ſandalia clara
ac vmbelici viget hic pꝛeciſio cara. Unde ⁊
ea die fit ſtatio ad ſancta ſanctoꝝ. Sed ſi ve
rum ē valde vtiqꝫ mirabile ē. Cū enim caro
ipſa ſit de veritate humane nature: credimꝰ
ꝙ reſurgēte xp̄o redijt ad locū ſuū gloꝛifica
tū. Aliqui dixerunt ꝙ hoc uerꝝ ſit iuxta opi/
nionē illoꝛum qui dicunt illud verum eſſe ď
veritate humane nature: qđ ab Adam tra/
ductum eſt: ⁊ iſtud ſolum reſurgere. ¶ No/
tandum ꝙ olim a paganis ⁊ gentilibus in
his calendis multe ſupſtitiones obſeruabā
tur: quas ſanc i etiaꝫ a chꝛiſtianis vix extir/
pare potuerunt: quas Auguſtinus in quo/
daꝫ ſermone commemoꝛat. Credentes eni
vt dicit ianuarium ducem quendam deuꝫ
eſſe in his calēdis plurimum venerabantur
⁊ ei duas facies figurabant: vnam poſt ſe ⁊
aliam ante ſe: quia erat terminus anni pꝛe/
teriti ⁊ pꝛincipium ſequentis. Rurſus i his
calendis foꝛmas monſtruoſas aſſumebāt.
Alij veſtientes ſe pellibus pecudū: alij aſſu
mētes capita beſtiaꝝ ex quo indicāt nō taꝫ
habitū ſe beluinuꝫ habere ꝗꝫ ſēſū. Alij tuni/
cis muliebribꝰ veſtiebantur non erubeſcē/
tes inſerere tunicis muliebribꝰ militares la/
certos. Alij ita auguria obſeruabant vt fo/
cum de domo ſua vel aliud quodcūqꝫ bene
ficium cuilibet petenti non tribuant. Diabo
licas etiā ſtrenas: ⁊ ab alijs accipiunt: ⁊ alijs
tradunt. Alij in nocte menſas laute pꝛepa/
rant: ⁊ ſic tota nocte manere ſinunt: credē/
tes ꝙ p totū annū cōuiuia i talis ſibi abūdan/
tia perſeuerent. Et ſubdit Aug. Qui de pa
ganoꝝ conſuetudine aliquid obſeruare vo
luerit: timēdum eſt ne nomen chꝛiſtianum ei
pꝛodeſſe non poſſit. Qui etiam ſtultis homi
nibus ludentibus aliquam humanitateꝫ i/
penderit: peccatis eoꝛum participem ſe eē
non dubitet: vobis autem fratres non ſuffi
ciat ꝙ non hoc malū facitis: ſed vbicūqꝫ fie/
ri videbitꝭ arguite: coꝛripite: caſtigate. hec
Auguſtinus.

¶ De epiphania dn̄i.

Epiphania domini q̄drupli
ci decoꝛat̄ mira
culo: ⁊ iō quadruplici vocabulo nū
cupatur. Hodie enim magi Chꝛiſtum ado/
rant: Joannes xp̄m baptizat: aquā in vinuꝫ
Chꝛiſtus mutat: ⁊ quinqꝫ milia hominuꝫ de
quinqꝫ panibus ſatiat. Cum enim ieſus eēt
tredecim dierum magi ad eū ſtella duce ve
nerunt. Et inde dr̄ epiphania ab epi quod ē
ſupꝛa: ⁊ phanos apparitio: quia tūc deſuper
ſtella apparuit: ſiue ipſe Chꝛiſtus p ſtellam
que deſuper viſa ē magis verus deus de/
monſtratus ē. Eadem die reuolutis viginti
nouē ānis cū iā annū trigeſimum attigiſſet
qꝛ habebat viginti nouem annos ⁊ tredeciꝫ
dies. Erat enim incipiens quaſi annoꝛū tri/
ginta: vt dicit lucas. Uel ſecundum Bedā
habebat triginta plenos: quod ⁊ romanam
eccl̄iam tenere aſſerit. Tunc inqꝫ quando i
iordane baptizatus eſt. Et ob hoc vocatur
theophania a theos quod ē deus: ⁊ phanos
qđ ē apparitio: qꝛ tūc tota trinitas apparuit
pr̄ in voce: filius in carne: ſpūs ſcūs i colūbe
ſpecie. Ipſo iterum die reuoluto vno anno:
cum eſſet triginta vel trigintaunius anno/
rum: ⁊ tredecim dieꝝ aquā i vinū mutauit.
Et ob hoc vocatur bethania a beth qđ ē do
mus: qꝛ miraculo facto i domo verus deus
apparuit. Ipſo ſimiliter die reuoluto anno
⁊ cum eſſet annoꝝ trigintaunius vel trigin/
taduoꝛum: quinqꝫ milia hominum de q̄nqꝫ
panibꝫ ſatiauit: ſicut dicit Beda: ⁊ ſicut dr̄
in illo hymno qui in multis eccleſijs cantat̄
⁊ ſic incipit. Illuminans altiſſimus. ⁊c̄. Et
ob hoc vocatur phagiphania: a phage qđ ē
bucca ſiue māducare. De hoc auteꝫ quarto
miraculo vtrum hac die contigerit dubita/
tur: tum qꝛ in originali bede non ſic expꝛeſ/
ſe legitur: tum qꝛ ioannis .6. vbi de hoc mira
culo agit̄ dr̄. Erat aūt ꝓximū paſcha. ⁊c̄.
Iſta ergo q̄druplex apparitio iſto die fcā ē.
Sꝫ pꝛima facta eſt per ſtellā in pſepio. Secū
da per voceꝫ patris in ioꝛdanis fluuio. Ter/
tia per mutationem aque in vinum in con/
uiuio. Quarta per mutationem panum in

deſerto. Prima autem apparitio precipue
hodie celebratur: ⁊ ideo eius hiſtoriam pro/
ſequamur. ¶ Nato enim domino tres ma/
gi hieroſolymam venerunt: quorum nomi/
na in hebreo ſunt Apellius: Amelius: Da/
maſcus. Grece: Galaat: Malgalat: Sara
thi. latine Ceſar: Balthaſer: Melchior. Cu
iuſmodi autem magi fuerunt hi: triplex ex/
tat ſententia ſm ꝙ magus tripliciter dicĩ.
Magus enim dicitur illuſor: maleficus: et
ſapiens. Dicunt ergo quidam hos reges ab
effectu dictos fuiſſe magos. i. illuſores: ex
eo. ſ. ꝙ herodẽ illuſerunt: qꝛ ad eum non re/
dierũt. Unde ⁊ dĩ ꝺ herode vidẽs ꝙ illuſus
eẽt a magis ⁊c̃. Magus iterũ dĩ malefic⁹.
vñ malefici pharaonis dñr magi. Et ide di/
cit Chryſo⁹ hos magos vocatos. Dicit enĩ
hos fuiſſe maleficos: ſꝫ poſtea cõuerſos q/
b⁹ dñs voluit natiuitatẽ ſuã reuelare: ⁊ eos
ad ſe adducere: ⁊ ꝑ hoc peccatoribus venie
ſpem ꝓbere. Item magus idem eſt qꝺ ſapi/
ens: nã ꝑſice magus hebraice ſcriba: grece
philoſophus: latine ſapiens dĩ. Dicunĩ ergo
magi. i. ſapientes: vnde magi quaſi i ſapien/
tia magni. Venerũt ergo hi tres ſapientes
⁊ reges cũ magno comitatu hieroſolymã.
¶ Sed querĩ quare magi hieruſalem ve/
nerunt: cũ ibi dñs natus nõ ſit. Sup h̃ aſſi/
gnat Remigi⁹ quatuor rõnes. ¶ Pria quo
niam magi tempus natiuitatis Chriſti agno
uerunt: ſed locũ ignorauerunt. Quia autẽ
hieruſalẽ erat ciuitas regalis: ⁊ ibi erat ſũ/
mum ſacerdotium: ſuſpicati ſũt ꝙ tã egre/
gius puer nõ niſi in regia ciuitate naſci ꝺbe/
ret. ¶ Secũda vt citi⁹ natiuitatis locũ diſcer/
nere potuiſſent: cũ ibi ſapiẽtes legis ⁊ ſcribe
reſiderẽt. ¶ Tertia vt iudei inexcuſabiles
manerẽt: potuiſſẽt enĩ dicere. Nos quidẽ
natiuitatis locũ cognouimus: tẽpus autem
ignorauimus: ⁊ iõ non credidimus. Magi
ergo oſtẽderũt iudeis tempus: ⁊ iudei ma/
gis locũ. ¶ Quarta vt ſic ſtudio magorum
cõdẽnarẽ pigritia iudeorum. Nã illi vni ꝓ
phete crediderũt: iſti credere plurib⁹ nolue/
runt: illi q̃rũt regnũ alienũ: iſti ñ q̃rũt ꝓpriũ.
Illi venerũt e lõgiquo: iſti mãſerũt e vicino:

iſti reges fuerũt ſucceſſores Balaã ⁊ ad vi
ſionẽ ſtelle venerũt propter illã ꝓphetiam
patris ſui. Orietur ſtella ex Jacob: ⁊ exur/
get homo ꝺ iſrael ⁊c̃. Aliam cauſã vnde iſti
moti ſũt ad vẽiẽdũ ponit Chryſo⁹ i originali
ſup Math̃. aſſerẽs quoſdã dicere: ꝙ q̃dã
ſecretoꝝ iſpectores elegerũt ꝺ ſeipſis duo/
decĩ: ⁊ ſiq̃s moriebaĩ filius ei⁹: aut aliquis
ꝓpinquoꝝ i eius loco ſubſtituebaĩ. Hi er/
go ꝑ ſingulos annos poſt mẽſẽ aſcẽdebant
ſup mõtẽ victorialẽ: ⁊ ita trib⁹ dieb⁹ ibidẽ
morãtes ſe lauabãt: ⁊ orabãt deũ: vt eis illã
ſtellã quã balaã ꝓdixerat oñderet. Quadã
igiĩ vice. ſ. i die natalis dñi dũ ſic ibidẽ ma/
nerent: ſtella quedam ad eos ſuper montẽ
venit: que habebat formã pulcherrimi pue/
ri ſup cuius capite crux ſplẽdebat: que ma/
gos allocuta ẽ dicens. Ite velocius i terrã
iuda: ⁊ ibidẽ regẽ quẽ queritis natũ inuenie
tis. Tũc illi cõtinuo venire ceperũt: ſed quo
modo i tã paruo tꝑe. ſ. ĩ tredecim dieb⁹ ꝑ tã/
ta terraꝝ ſpatia venire potuerũt. ſ. ab orien
te vſq; i hieruſalẽ: q̃ in medio mundi dicitur
eẽ ſita. Dicẽdũ ẽ ſm Remigiũ: quoniã talis
puer ad quẽ ꝓperabãt eos ĩ tã breui ſpatio
ꝑducere potuit. Uel poteſt dici ſecũdũ Hie
ronymũ ꝙ ſup dromedarios venerũt: q ſũt
animalia velociſſima: q tãtum currũt vna
die: q̃tum equus i trib⁹. Unde dĩ dromeda
rius a dromos qꝺ ẽ curſus: ⁊ ares quod eſt
virtus. Cum ergo hieroſolymam veniſſent:
interrogauerunt dicentes. Ubi eſt qui nat⁹
eſt rex iudeorum? Non enim interrogaue/
runt an natus ſit: quia hoc credebant: ſed q̃/
runt vbi natus ſit: ⁊ quaſi aliquis iterrogaſ/
ſet eos vnde ſcitis hunc regẽ natum eſſe. re/
ſponderunt. Uidimus ſtellam eius in orien/
te: ⁊ venimus adorare eum: hoc eſt nos exi/
ſtentes in oriente vidimus ſtellam eius. i. na
tiuitatis oſtenſiuam. Uidimus inquam ſup
iudeam poſitã: vel nos exiſtẽtes i noſtra re
gione vidimus ſtellam eius in oriente ideſt i
orientali parte. His verbis ſicut dicit Re/
migius in originali verum hoiem ⁊ verum
regẽ ⁊ verũ deũ cõfeſſi ſunt. Uerum hoiem
cum dixerunt. Ubi ẽ qui natus ẽ: verũ re/



gem cum aiunt. rex iudeoꝝ: verum deũ cũ
ſubiũgũt. venimus adorare eũ. Preceptũ
.n. fuit vt nullus niſi ſolus deus adoraretur
Sed Herodes hoc audiẽs turbatus ẽ ⁊ oĩs
hieroſolyma cum illo. Triplici de cauſa rex
turbatus ẽ: ⁊ oĩs hieroſolyma cum illo. Pri
mo ne iudei regẽ natũ tanq̃ ſuũ reciperẽt
⁊ ſe tanq̃ alienigenã expellerent. Uñ chry
ſoſtomus ſicut ramũ arboris i excelſo poſi
tum: leuis etiã aura mouet: ſic ⁊ ſublimes
hoies in culmine dignitatũ exiſtẽtes: leuis
etiã fama cõturbat. Secũdo ne a romanis
culpari poſſet: ſi aliquis ibi rex vocareĩ quẽ
auguſtus non cõſtituit. Sic enim ordinaue
rant romani: vt nullus deus vel rex ſine ſui
licentia ⁊ iperio diceretur. Tertio quoniã
ſicut dicit Grego. Celi rege nato: rex terre
turbatus ẽ: qꝛ nimirũ altitudo terrena con
funditur: dum celſitudo celeſtis aperitur.
Omnis etiã hieroſolyma cũ illo turbata ẽ
triplici de cauſa. Primo qꝛ impij gaudere
nequeunt de aduẽtu iuſti. Secundo vt re/
gi turbato adularentur. Per hoc ꝙ ſe ſimili
ter turbatos oſtenderẽt. Tertio qꝛ ſicut ſe
ventis concutientibus vna concutitur: ſic ⁊
regibus ſeſe adinuicem certantibus popu/
lus conturbatur. Et ideo ex hoc timuerũt:
ne. ſ. ꝑſente ⁊ futuro rege adinuicẽ certanti
bus ſi perturbationibus inuoluerentur. hec
ratio eſt Chryſo. Tunc herodes oẽſ ſacerdo
tes ⁊ ſcribas cõuocans ſciſcitabatur ab eis
vbi chriſtus naſceretur. Cum autem ab eis
didiciſſet ꝙ in Bethleem iude: vocatis ad
ſe clam magis diligenter ab eis didicit tẽ/
pus ſtelle: vt videlicet ſciret quid faceret
ſi ad ſe magi non redirent. Dixitq; eis vt
inuẽto puero ei renunciarent ſimulãs ſe vel/
le adorare quem volebat occidere. ¶ Et
nota ꝙ cum magi hieroſolymã ingreſſi fuiſ/
ſent: ſtelle ducatum amiſerunt: ⁊ hoc pro/
pter tres ratiões. ¶ Prima vt de loco nati/
uitatis chriſti q̃rere cogerenĩ: vt ſic de ipſi/
us ortu teſtificarentur: tam per ſtelle appa/
ritionem q̃ꝫ prophetie aſſertionem: ſicut et
factum eſt. ¶ Secunda quoniam auxiliũ
querentes humanum iuſte perdere merue/
runt diuinum. ¶ Tertia quoniã ſigna infi/

delib⁹ data ſũt ſecundũ apoſtolũ: ſed pro
pheta fidelibus: ⁊ ideo ſignũ datũ iſtis dum
adhuc eſſent ifideles non debuit apparere
dũ adhuc eẽnt iter iudeos fideles. Hec tri/
plex ratio tangitur in gloſa. Cum autem hie
ruſalem egreſſi fuiſſent ſtella antecedebat
eos vſq; dum veniſſent ſupra vbi erat puer.
De hac ſtella cuiuſmodi fuerit: tres ſunt opi
niones quas ponit Remigius in originali.
Quidam dicunt fuiſſe ſpiritum ſanctum vt
ille qui poſtmodum deſcendit ſuper domi/
num baptizatum in ſpecie colũbe apparue/
rit etiã magis i ſpecie ſtelle. Alij vt Chryſo⁹.
dicunt ꝙ fuerit angelus: vt ipſe qui appa/
ruit paſtoribus appuerit et magis: ſed ipſis
paſtoribus iudeis tanq̃ ratione vtentibus
apparuit in originali forma. Gentilibus
vero tanq̃ irrationabilibus in ſpecie irratio
nali. Alij: qꝺ veri⁹ crediĩ: ꝙ fuerit ſtella de
nouo creata: que pacto ſuo miniſterio rediit
in ꝓiacentẽ materiã. Iſta autẽ ſtella ſcðm
ꝙ dicit fulgẽti⁹: differebat ab alijs ĩ tribus
. ſ. i ſitu: qꝛ nõ erat localiter ſita i firmamẽto
ſꝫ pendebat i mediculio aeris ꝓximo terre
In fulgore qꝛ ceteris erat ſplẽdidior: quod
ĩde patet. qꝛ ſplendorẽ ei⁹ nõ poterat ſplen/
dor ſolis offuſcare: imo ĩ meridie lucidiſſi/
ma appebat. In motu qꝛ precedebat ma/
gos more viatoris. Nõ. n. mouebaĩ motu
circulari: ſꝫ quaſi motu aiali ⁊ ꝓceſſiuo. Alie
tres differẽtie tãgunĩ i gloſa Math̃. ſecun
do que incipit ſic: Hec ſtella dominice nati/
uitatis prima i origine: quia alie i principio
mundi ſunt facte: hoc modo. Secunda i of/
ficio: qꝛ alie facte ſunt vt ſint inſignia ⁊ tem/
pora: vt diciĩ Geneſis primo. Hec autẽ vt
magis viã preberet. Tertia i duratione qꝛ
alie ſunt ꝑpetue: hec cõpleto officio ſuo re/
diit i materiã ꝑiacẽtẽ. Cũ aũt ſtellã vidiſ/
ſẽt: gauiſi ſũt gaudio magno valde. ¶ No/
tandum ꝙ quintuplex eſt ſtella quã iſti ma/
gi viderunt. ſ. ſtella materialis: ſtella ſpiritu
alis: ſtella intellectualis: ſtella rationalis
⁊ ſtella superſubſtantialis. ¶ Primã ſcilicet
materialẽ viderunt in oriente. ¶ Secun/
dã ſcilicet ſpiritualem que eſt fides vide/
runt in corde. Niſi enim hec ſtella ſcili/

cet fides prius i coꝝ corde irradiaſſet neq̄ꝫ
ꝗ̄ ad viſionem prime ſtelle veniſſent. habu
erunt enim fidē de eius humanitate: cū di/
xerunt. Ubi eſt q natus eſt. Et de eius rega
li dignitate: cū dixerunt. rex iudeoꝝ. ⁊ de
eius deitate cum dixerūt. venimꝰ adorare
eum. Tertiā ſcilicet itellectualē que eſt an
gelus viderunt i ſōno quando ꝑ angelum
ſunt admoniti ne redirent ad herodē. Sed
ſecundū quādā gloſā: nō angelus ſed ipſe
dominus eos admonuit. Quartā. ſ. rationa
lem q̄ fuit beata virgo viderūt i diuerſorio
Quintā. ſ. ſuperſubſtātialē q̄ fuit Chriſtus
viderunt i preſepio. Et de hac duplici dicit̄
Intrantes domū iuenerūt pueꝝ. ⁊c. Que/
libet autē iſtaꝝ dicit̄ ſtella. De prima. pſal.
Lunā ⁊ ſtellas q̄ tu fundaſti. De ſcđa eccle/
ſiaſtici. 43°. Species celi. i. celeſtis hominis
gloria ſtellaꝝ. i. virtutū. De. 3ª. Baruch. 3°.
Stelle āt dederunt lumen in cuſtodijs ſuis.
De q̄rta. Aue maris ſtella. De q̄nta. Apoca.
vlt°. Ego ſum radix ⁊ genꝰ dauid: ſtella ſplē
dida ⁊ matutina. Propter viſionē prime ⁊
ſcđe ſtelle magi gauiſi ſunt. Propter viſio/
nem tertie ſtelle gauiſi ſūt gaudio. Propter
viſionē q̄rte: gauiſi ſunt gaudio mag̃. Pro/
pter viſionē q̄nte gauiſi ſunt gaudio magno
valde. Uel ſic̄ dicit glo. Ille gaudet gaudio
ꝙ de deo gaudet. Et addit magno: qꝛ eo ni/
hil ē maiꝰ ⁊ valde qꝛ de mag̃ pōt aliꝰ plꝰ aliꝰ
minus gaudere. Uel ꝑ hoꝝ verboꝝ exagge
ratione voluit oſtendere euāgeliſta ꝙ homi
nes plus gaudent de rebꝰ ꝑditis: ⁊ iteꝝ iuē/
tis ꝗ̄ de ſemꝑ poſſeſſis. Cumqꝫ domuncu
lā itraſſent ⁊ puerū cū matre iueniſſent fle
xis genibus ſinguli hec munera obtulerunt
ſcilicet aurū: thus: ⁊ myrrā. Hic exclama/
uit Auguſtinꝰ dicens. O ſtupenda iſantia
cui ⁊ aſtra ſubduntur. Cuius ē ille magnitu/
dinis ⁊ ſuperne glorie: ad cuius pānos ⁊ an/
geli excubant ⁊ ſidera obſecundāt: ⁊ reges
trepidant: ⁊ ſectatores ſapiētie geniculant̄
O beatū tugurīū: O ſedes dei ſecūda poſt
celū: vbi nō lucerna ſed ſtella: O celeſte pa
latiū: i quo habitat nō Rex gemmatꝰ: ſꝫ de/
us icorporatꝰ: Cui ꝓ mollibꝰ toris dura pre
ſepia ꝓ laquearibus aureis fulmigata cul/
minum tecta: ſed ſideris obſequio decorata
Stupeo cum video pānos ⁊ ituеor celos.
Eſtuo cū aſpicio i precepio mendicū ⁊ ſuꝑ
aſtra preclaꝝ. Itē Bernardus. Quid faci/
tis o magi q̄d facitis? Lactātē puerū adora
tis i tugurio vili: i vilibus pannis. Ergo ne
deus eſt iſte? Quid facitis ꝙ aurum offer/
tis. Ergo rex ē iſte? Et vbi aula regia: vbi
thronus: vbi curie regalis frequentia? Nun
q̄d aula ē ſtabulū thronus preſepium: curie
frequētia Ioſeph ⁊ maria. Iſti iſipientes
facti ſunt: vt fierent ſapientes. De hoc etiā
ſic dicit Hilarius i libro ſecūdo de trinitate
Parit virgo ſꝫ partus a deo ē. Infans va/
git laudantes āgeli audiunt̄ panni ſordent
deus adorat̄. Itaqꝫ poteſtatis dignitas nō
amittit̄ dū carnis humilitas predicat̄. Ecce
quoniā i chriſto puero: non tantū fuerūt hu
milia: ⁊ ifirma: ſꝫ etiā diuina ſublima ⁊ excel
ſa: de hoc etiā dicit Hieronymꝰ ſuꝑ epiſto/
lā ad hebreos. Reſpicis cunas chriſti: vide
pariter ⁊ celū vagientē i preſepio itueris in
fantē: ſed angelos auſculta laudantes. He/
rodes ꝑſequit̄: ſꝫ adorant magi: ignorant
phariſei: ſed ſtella demōſtrat: Baptizat̄ a
ſeruo: ſed vox dei deſuꝑ tonantis auditur:
aquis immergitur. ſed columba deſcendit:
imo ſpiritus i columba. Quare autē magi
huius munera obtulerunt multiplex eſt ra/
tio. Prima quoniā traditio antiquoꝝ fuit:
vt dicit Remigius: vt nullus ad deum vel
ad regem vacuꝰ itroiret: Per ſe autē ⁊ cal/
dei talia munera cōſueuerāt offerre. Iſti. n.
vt dicitur i hiſtoria ſcholaſtica: venerūt a fi/
nibus perſarū ⁊ chaldeoꝝ: vbi ē fluuius ſab
ba: a quo ⁊ ſabbea dicitur regio. Secunda
q̄ eſt Bernar. quoniam beate virgini au/
ruꝫ obtulerunt propter inopie ſubleuatio/
nem: thus propter ſtabuli fetorem: mirram
propter pueri membrorum conſolationeꝫ
⁊ malorum vermium expulſionem. Tertia
quoniam aurum ad tributum: thus ad ſacri
ficiuꝫ: mirra ad ſepulturam pertinet mortu
orum. Per hec tria ergo intimatur regia po
teſtas: diuina maieſtas: ⁊ humana mortali/
tas. Quarta quoniam aurum ſignificat di/
lectionē: thus orationem: mirra carnis mor



tificationem. Et hec tria chriſto debemus
offerre. Quinta quoniam ꝑ hec tria ſignifi/
cantur tria que erant in chriſto. ſ. diuinitas
precioſiſſima: anima deuotiſſima: ⁊ caro ite
gra ⁊ incorrupta. Hec tria ſignificabantur
per illa que erant in archa. Nam virga que
floruit caro eſt Chriſti q̄ reſurrexit. pſalmi/
ſta. Et refloruit caro mea. ⁊c. Tabule vbi
erant ſcripta precepta eſt anima in qua
ſunt omnes theſauri ſciētie ⁊ ſapientie dei
abſcōditi. Manna deitas que habet omnē
ſaporem ⁊ omnē ſuauitatem: Per aurum
ergo quod eſt precioſius oībus metallis in/
telligit̄ diuinitas ꝑcioſiſſima. Per thus aūt
anima deuotiſſima: qꝛ thus ſignificat deuo
tionē ⁊ orationē. pſalmꝰ. Dirigat̄ orō mea
⁊c. Per mirram que conſeruat a corruptio
ne caro incorrupta. Admoniti autē magi in
ſōnis ne redirent ad herodem ꝑ aliā uiam
reuerſi ſunt i regionē ſuam. Ecce quo mo/
do magi profecerunt: Nā ſtella duce vene
rūt. ꝑ hoīes imo per ꝓphetā edocti ſūt: āge
lo duce redierūt. Hoꝝ corpora mediolani i
eccl'ia q̄ nunc ē fratꝝ predicatorū q̄ſcebāt.
ſed nunc colonie requieſcunt.

¶ De ſancto Paulo primo heremita.

Aulus primus heremita vt
teſtat̄ Hieronymus
qui eius vitam conſcripſit: feruen/
te decij ꝑſecutione heremū vaſtiſſimā adijt
ibiqꝫ in quadam ſpelunca. 60. ānis homini/
bus icognitus permāſit. Iſte aūt decius di
citur fuiſſe galienus: qꝛ fuit binomiꝰ qui ce
pit anno domini. 256. Uidens enim ſanctus
Paulus chriſtianis tot tormentorū genera
irrogari in heremū aufugit. Eo ſiqdem tē/
pore duo iuuenes chriſtiani cōprehendunt̄
quorum vnꝰ toto corpore melle perungit̄
Et ſub ardore ſolis aculeis muſcarū: ⁊ ſca/
bronum: ⁊ veſparum lacerandus exponi/
tur. Alter vero molliſſimo lecto imponitur
⁊ in loco ameniſſimo collocatur: vbi aeris
temperies: riuulorum ſonitus: auium can/
tus: ⁊ florum olfatus. Funibus tamen flo/
reis coloribus obtectis. ſic iuuenis cingitur
vt manibus: vel pedibus ſe iuuare non poſ/
ſet. Adeſt quedam iuuencula corpore pul/
cherrima ⁊ impudica: ac impudice tractat iu
uenem dei amore repletum: cum autem il/
le in carne motus contrarios rationi ſenſiſ
ſet non habens arma quibus ab hoſte ſe eru
at: linguam propriam dentibus ſuis incidit
⁊ in faciem impudice expuit: ⁊ ſic tentatio/
nem doloꝛ fugauit: ⁊ tropheū laude dignū
promeruit. Horum ⁊ aliorum penis territꝰ
ſanctus paulus heremum petijt. Eo tempo
re cum Antonius primum ſe inter mona/
chos heremicolam cogitaret in ſomnis aliū
ſe multo meliorē heremum incolere edoce/
tur. Qui dum eum per ſiluas inquireret: ob
uium habuit hypocentaurum hominē equo
mixtum qui ei viam dextram demonſtra/
uit. Poſtmodum obuium habuit animal fe
rens fructus palmarum ſupra imagine ho/
minis inſignitum: deorſum vero capre for/
mā habens. Qui dum ipſum per deum cō
iuraret vt ſibi diceret quis eſſet: Reſpon
dit ſe eſſe ſatyrum deum ſiluarum ſecundū
errorem gentilium. Poſtremo obuiauit ei
lupus qui eum ad cellam ſancti pauli perdu
xit. Paulus autem Antonium preſentiens
oſtium ſera clauſit. Antonius vero rogat
vt ſibi aperiat: aſſerens ſe nunq̄ꝫ inde receſ/
ſurum: ſꝫ potius moriturum: Uictus Pau/
lus ei aperuit: ſtatimqꝫ ambo i amplexus
ruunt. Cumq̄ꝫ hora prandij adeſſet coruus
duplicatam panis partem attulit. cūqꝫ de
hoc Antonius miraretur reſpondit Pau/
lus: ꝙ deꝰ ſibi omni die taliter miniſtrabat
Et annonam propter hoſpitem duplicaue/
rat. Pia lis oritur quis magis dignus eſſet
panem diuidere. Defert Paulus hoſpiti: ⁊
Antonius ſeniori: Tandem vterqꝫ manum
apponunt ⁊ in equas partes panē diuidūt.
Cum autem Antonius rediēs iam celle ſue
appropiquaret: vidit angelos pauli animā
deferentes. Qui velociter rediens inuenit
corpus pauli flexis genibus in modum orā
tis erectum: ita vt ipſum viuere eſtimaret
Sed cum ipſum mortuum vidiciſſet ait. O
ſancta anima: que gerebas in vita in morte
monſtraſti. cum autem non haberet vnde
ſepulturam faceret: ecce duo leones adue
nerunt ⁊ foueam parauerunt: ſepultoqꝫ co

ad ſiluam redierunt. Antonius autem tuni-
cam Pauli ex palmis contextam aſſūpſit:
qua poſtmodū ſolēnitatibꝰ vtebatur. Obijt
autem circa annū .286. ¶ De nomine.

Emigius dicitur a remi quod ē pa-
ſcens ⁊ geos quod ē terra: quaſi pa
ſcens terrenos doctrina. Uel remi
gius dicitur a remi quod eſt paſtor. ⁊ geon
quod eſt luctatio: quaſi paſtor ⁊ luctator. Pa-
uit enim gregē ſuū verbo ꝓdicationis: exē
plo conuerſationis: ſuffragio orationis. Eſt
etiā triplex genus armoꝝ. ſ. defenſionis vt
ſcutū: purgationis vt gladius: munitionis
vt lorica ſiue galea. Luctatus eſt igitur cō-
tra diabolū ſcuto fidei: gladio verbi: ⁊ galea
ſpei. Eius vitam Jgnarus remēſis archi-
epiſcopus ſcripſit. ¶ De ſcō Remigio

Emigius doctor egregius ⁊ confeſſor domi
ni glorioſus: a quodā heremita na-
ſci taliter eſt ꝓuiſus. Cum enim vandaloꝝ
perſecutio totā franciam deuaſtaſſet. quidā
recluſus vir ſanctus qui lumē oculoꝝ ami-
ſerat ꝓ pace eccleſie gallicane crebris ora-
tionibus dominū exorabat: ⁊ ecce angelus
domini in viſu ei aſtitit: eiqꝫ dixit. Scito ꝙ
mulier illa nomine Cilina filiū noīe Remi
gium generabit: qui gētē ſuā a malorum in-
curſibus liberabit. Cumqꝫ euigilaſſet ſtatī
ad domū Ciline venit: ⁊ quod viderat enar
rauit. Cūqꝫ illa non crederet: eo ꝙ anus iā
eſſet: ille reſpōdit. Scias ꝙ cū puerum ab-
lactaueris oculos meos de lacte tuo perū-
get ⁊ continuo mihi viſū reſtituet. Cūqꝫ per
ordinē hec omnia contigiſſent: Remigius
mūdum fugit: ⁊ recluſorium intrauit. Cre-
ſcēte autē eius fama cum eſſet viginti duo-
rū annoꝝ ab omni populo remenſis archie-
piſcopus eſt electus. Tante autem manſue
tudinis fuit ꝙ etiam ad menſam eius paſſe
res veniebant: ⁊ de manu eius reliquias ci
borum comedebāt. ¶ Quodā tempore cū
in domo cuiuſdā matrone hoſpitatus fuiſſꝫ
⁊ illa modicum vini haberet. Remigius ce
larium introiuit ⁊ ſuper dolium crucē fecit.
Cūqꝫ ibidē oraſſet mox deſuper vinū egre-
dit ita ꝙ ꝑ mediū celariū effūdebat. ¶ Cū
autem Clodoueus rex frācie gētilis eēt: nec
ab vxore ſua xpianiſſima cōuerti poſſet: vi
dēs ꝙ īnumerꝰ exercitꝰ alamanoꝝ ſuꝑ ſe veniſ
ſet: dn̄o deo quē vxor ſua colebat votū vo
uit ꝙ ſi de alamanis ſibi victoriā cōcederet
mox fidē xpi reciperet: quod cū feciſſet ad
libitū conſecutus beatū remigiū adijt: ⁊ ſe
baptizari popoſcit. Cūqꝫ ad fontē baptiſma
tis aduenīſſet: nec ibidē ſacrū chriſma habe
ret: ecce colūba quedā ampullā cū chriſma
te in roſtro detulit de quo regē pontifex li-
niuit. Hec autē ampulla in remenſi eccleſia
conſeruat̄ ⁊ inde vſqꝫ hodie reges francie
inunguntur. Poſt lōgū tēpus cū Genebaldꝰ
vir ꝓuidus neptē beati Remigij in vxorē
haberet: ⁊ ſe religionis cā mutuo abſolui-
ſēt: ꝓdictū Genebaldū beatꝰ remigius lau-
dunēſem epm̄ ordinauit. At Genebaldus
cum vxorē ſuā inſtruēdi cauſa ad ſe ſepius
venire ꝑmitteret ex frequēti colloquio ani
mus eius in concupiſcētiā inflāmat̄: ⁊ vſqꝫ
in peccatū ſecū ꝓlabit̄. Que concipiēs ⁊ fi
liū pariens hoc epō intimauit. Et ille confu-
ſus ad eā remiſit dicēs. Quoniam puer de latro-
cinio acquiſitus ē volo vt latro vocet̄. Ne āt
ſuſpicio aliqua oriret̄ vxorē ſuā ſicut ꝓus
ad ſe venire permiſit. Uerūtamē poſt ꝓmi
peccati fletū ſecū ruit iterum in peccatū: que
cū filiā pepiſſꝫ ⁊ hoc epō retuliſſꝫ ille reſpō
dit. Jllā filiā vulpeculā nominate. Tandē
ad ſe reuerſus Remigiū adijt ⁊ ad pedes ſu
os ꝓcidēs ſtolā de collo ſuo deponere vo-
luit: quod cū ſanctus remigiꝰ ꝓhibuiſſet et
ab eo quid acciderit audiuiſſet: blāde eū con-
ſolās ipſū in quadā cellula parua ꝑ ſeptem
annos recluſit: ⁊ ipſe interī eiꝰ eccleſiā gu
bernauit. Septimo igitur āno: cum in cena
domini in oratione ꝑſiſteret angelus domi-
ni eidē aſtitit ⁊ peccatū ſuū ſibi dimiſſū ꝓhi-
buit: ac vt foris exire debeat īperauit. Cui
cū rn̄diſſet nō poſſū: quoniam dn̄s meus remigiꝰ
oſtiū hoc clauſit ⁊ ſigillo ſuo muniuit. An-
gelꝰ ait. Ecce vt ſcias celū tibi aptū eē. hoc
ēt hoſtiū ſaluo ſigillo nūc apietur. Statiqꝫ
vt dixerat ē aptū. Tūc genebaldus iactās
ſe in medio oſtij in modū crucis ait. Etiam
ſi dominus meus ieſus chriſtus ad me ve-



niret huc: hinc non egrediar niſi dn̄s meꝰ re
migius huc veniat qui me recluſit. Tūc ſan
ctus Remigius ad admonitionē angeli lau
dunium venit ⁊ ipſū in locū ſuū reſtituit qui
vſqꝫ ad obitū in ſanctis opibus ꝑſeuerauit.
⁊ latro filiꝰ eiꝰ in epiſcopatu eidē ſucceſſit.
qui ēt ſācꝰ fuit. Tādē ſcūs Remigiꝰ multis
clarus virtutibꝰ i pace quieuit circa ānū dn̄i
quingētēſimū. ¶ De nomine.

Jlarius dicꝰ ē quaſi hilaris qua in
ſeruitute dei valde hilaris fuit. vel
hilarius quaſi alarius ab altꝰ ⁊ ares
virtus: quia fuit altꝰ i ſciētia: ⁊ virtuoſus i vi-
ta. vel hilarius dr̄ quaſi hyle quod ē quaſi ꝓmordi-
alis materia: que obſcura fuit: ⁊ ipſe in dictis
ſuis magnā habēt obſcuritatē ⁊ profūdita
tem. ¶ De ſancto Hilario abbate.

Jlarius pictauorum vrbis epiſcopus regionis
equitanie oriundus quaſi lucifer
refulgens inter aſtra proceſſit. Hic vxorē
primitus habens ⁊ filiam: in laicali habitu
monaſticam vitam ducebat. Tandem in vi
ta ⁊ ſcientia proficiens in epiſcopum eſt ele
ctus. Cum igitur beatus Hilarius non ſolū
ciuitatem ſuā ſed etiā totā franciā ab here-
ticis defēſaret ad ſuggeſtionē duorum epi
ſcoporum qui hereſi fuerant deprauati ab
imperatore qui hereticorum fautor erat:
cum beato Euſebio vercellēſi epō eſt in ex
ilium relegatus. Deniqꝫ cum vbiqꝫ arriana
hereſis pullularet: ⁊ ab imperatore licentia
data eſſet: vt omnes epiſcopi conuenirent
⁊ de veritate fidei diſputarent. Cum ſanctꝰ
Hilarius aduenīſſet ad petitionem dictoꝝ
epiſcopoꝝ qui eius eloquentiam ferre non
poterant: Pictauiam redire cōpellitur. Cū
āt ad iſulā galinariā que tota erat plena ſer
pentibus appropinquaſſet: ⁊ i ipſā deſcen
diſſet: oēs ſerpentes ex ſui viſione fugabat
⁊ in medio iſule palū fixit: nec amplꝰ liber-
tas data eſt illis occupare quod vetuit tanqꝫ
pars iſule non ſit terra ſꝫ pelagus. Cū ergo
pictauis eſſet: quēdā īfantē ſine baptiſmo
defunctum ſuis orationibus ad vitam reſti
tuit. Nam tādiu iacuit i puluere donec ſur
gerent pariter ſenex de orōne ⁊ infans de
morte. Cum filia eius Apia maritū vellet
accipere: Hilarius pater eius ei predicauit
⁊ in ſacre virginitatis propoſito confirma-
uit. quā dum ille firmam conſiderans: ⁊ ne
aliquando flecteretur formidans dominū
inſtantius exorauit vt eam ad ſe reciperet:
nec vltra viuere ꝑmitteret: quod ⁊ factum
ē. Nā poſt paucos dies ad dn̄m migrauit:
quā ipſe ꝓprijs manibus ſepeliuit. Quod ma-
ter beate Apie cōſiderans epm̄ rogauit vt
ſibi quod ⁊ filie īpetraret: quod ⁊ fecit: ⁊ ipſā ora
tiōe ſua ad regnū ꝑmiſit. ¶ Eo tēpore Leo
papa hereticoꝝ ꝑfidia deprauatus omniū
epiſcopoꝝ cōſiliū cōuocauit: quibus cōuoca-
tis Hilarꝰ nō vocatꝰ aduenit: quod audiens
papa precepit ne aliquis ſibi aſſurgeret: nec
aliquē locū daret. Cū ergo ingreſſus fuiſſꝫ
dixit ad eū papa. Tu es hilarꝰ gallus: ⁊ ille
Nō ſū gallus: ſed de gallia. id eſt nō ſū i gal-
lia natꝰ: ſed de gallia epūs. cui papa. Et ſi tu
es hilarius de gallia: ego ſū Leo romane ſe
dis apoſtolicꝰ ⁊ iudex. cui hilarius. Et ſi ſis
Leo nō de tribu iuda: ⁊ ſi iudicas reſidens:
ſꝫ nō i ſedē maieſtatis. Tūc papa cū idigna-
tiōe ſurrexit dicens. Modicum preſtolare
donec redeā: ⁊ tibi quod mereris reddam. cui
hilarius. Si non redieris quis mihi ꝓ te reſpō
ſurꝰ erit: ⁊ ille. cōcitus redibo: ⁊ tuā ſupbiā
humiliabo. Cum ergo papa ad ſecreta ſue
nature iuiſſet diſſenteria perijt: omnia inte-
ſtina ibidem proijciens miſerabiliter vitam
finiuit. Jnterea videns Hilarius ꝙ nullus
ſibi aſſurgeret patienter ferens i terram ſe
poſuit dicens. Domini eſt terra. Statimqꝫ
nutu dei terra quam inſederat ſurſum ſe ex
tulit: ⁊ vſqꝫ ad equalitatem aliorum epiſco-
porum ſe leuauit. Cum igitur papa mirabi-
liter nunciaretur defunctus: aſſurgens Hi-
larius omnes epiſcopos i fide catholica cō-
firmauit ⁊ confirmatos ad propria remiſit.
Hoc autem miraculum de morte Leonis
pape dubitationem habet: tū quia hiſtoria
eccleſiaſtica vel tripartita nihil de hoc loqui-
tur: tum quia aliquem papam talis nominis
tunc fuiſſe cronica non teſtatur: tum quia hie-
ronymus dicit. Sancta romana eccleſia ſē-
per immaculata ꝑmanſit: ⁊ in futuro mane-

bit ſine vlla hereticorum inſultatione. Poſſet tamē dici ꝙ tunc fuiſſet aliquis papa ſic vocatus: nō quidem canonice electus: ſed tyrannice ītruſus: vel forte Liberius papa qui Conſtantio heretico fauebat alio nomine dictus eſt leo. Tandeꝫ multis miraculis perpetratis cuꝫ beatus Hilarius infirmatꝰ obituꝫ ſuuꝫ iminere cognoſceret: Leontiuꝫ preſbyteruꝫ quem maxime diligebat ad ſe vocauit: ⁊ nocte iminente vt foras exeat admonuit: ⁊ ſi quid audiſſet vt renunciet īperauit. Ille iuſſa complens voces adhuc ciuitatis tumultuantis ſe audiſſe reuertens expoſuit: ⁊ cum circa eum vigilaret fineꝫ eius expectans media nocte iteruꝫ iubetur exire: ⁊ quid audiret iacenti referret. Qui cuꝫ ſe nihil audiſſe renunciaſſet: mox nimia claritas quaꝫ etiaꝫ predictus preſbyter ſufferre non poterat ad eū intrauit: ⁊ ſic paulatiꝫ recedēte lumine ad dominū migrauit. Floruit auteꝫ circa annuꝫ dn̄i.340.ſub Conſtantino.

¶ De nomine.

Macharius dicitur a macha quod ē ingenium: ⁊ ares virtus. Uel dicitur a macha quod ē percuſſio: ⁊ rio magiſter. Fuit eniꝫ īgenioſus cōtra demonis fallaciā: virtuoſus quantuꝫ ad vitaꝫ: ꝑcuſſio in domatiōe corporis: magiſter ī regimine prelatiōis: vel Macharius.i.beatꝰ.

¶ De ſancto Machario abbate.

Macharius abbas deſcēdit de ſciti: ⁊ intrauit dormire ī monumēto vbi ſepulta erant corpora paganoruꝫ ⁊ extraxit vnū corpus ſub caput ſuū tāꝗ̄ plumatiuꝫ puluinar. Demones autē volentes eū terrere vocabant quaſi vnaꝫ mulierēꝫ dicētes. Surge veni nobiſcuꝫ ad balneū. Et alter demō ſub ipſo tāꝗ̄ ex mortuo illo dicebat. Peregrinū quēdaꝫ habeo ſuper me ⁊ nō poſſum venire. Ille autem non expauit: ſed tondebat corpus illud dicēs. Surge ⁊ vade ſi potes. Et audientes demones fugerunt: voce magna clamātes: viciſti nos dn̄e. ¶ Dum aliquando abbas Macharius a palude ad cellam ſuaꝫ preteriret: occurrit ei diabolus cuꝫ falce meſſoria: ⁊ volens eum cuꝫ falce percutere nō potuit: ⁊ dixit ei. Multaꝫ violentiam patior a te Machario: qꝛ non poſſuꝫ preualere aduerſū te. Ecce eniꝫ quicquid tu facis ⁊ ego facio: ieiunas tu: ⁊ ego penitꝰ non comedo: vigilas tu: ⁊ ego omnino non dormio. Unum eſt ſoluꝫ in quo me ſuperas ⁊ dixit abbas. Quid ē illud? Cui ille. Humilitas tua ꝑ quā nō preualeo aduerſum te.

¶ Dū tētatiōes ipſuꝫ nimiū moleſtarēt ſurgens ⁊ magnū ſaccuꝫ harene humeris ſuis ſuper imponēs: diebus multis ſic ꝑ deſertū ibat: quē Theoſebius īueniēs dixit. Abba cur tātū onꝰ portas? ⁊ ille. Uexo vexantē me. ¶ Abbas Machariꝰ vidit ſathanā trāſeuntē in habitu hominis: ⁊ habētē veſtimētū lineum laceratū: ⁊ per omnia foramina depēdebāt ampule: ⁊ dixit ei. Quo vadis? ⁊ ille. Uado potionare fratres. cui Macharius. Quare tot āpullas portas? reſpōdit. Guſtū fratribus porto: ⁊ ſi vnuꝫ alicui non placebit: offerā aliud: vel tertiū: ⁊ ſic ꝑ ordinē vt aliquod placeat: ⁊ cum rediret dixit ei Macharius. Quid feciſti? reſpondit. Oēs ſancti ſunt: ⁊ nemo mihi acquieuit niſi vnus qui vocatur Theociſtus. Surgens autem Macharius illuc iuit: ⁊ fratrē tētatū īueniens ſua eū exhortatiōe ↄuertit. ¶ Poſt hec iterum eum Macharius inueniens dixit. Quo vadis? cui ille. ad fratres vado. Reuertenti occurrit ſenex ⁊ dixit. Quid faciūt fratres illi? cui diabolꝰ. Male. ⁊ dixit. Quare? quia omnes ſancti ſunt: ⁊ quod eſt maiꝰ malum vnum quem habebam amiſi: ⁊ oībꝰ ſanctior factus eſt. Audiēs hoc ſenex egit gratias deo. ¶ Quadaꝫ die ſanctꝰ Macharius caput defuncti repperit: ⁊ dū oraſſet īterrogauit illud cuius caput fuerit. ⁊ reſpōdit ſe fuiſſe paganū: ⁊ dixit ei Macharius. Ubi ē aīa tua? reſpōdit. ī iferno. Cūq̄ requireret ſi multum in profundo eſſet reſpōdit ꝙ tantum in profundo erat: quantum diſtaret terra a celo: cui Macharius. Sunt ne aliqui te profundiores? reſpondit. Etiaꝫ iudei: cui iterꝫ ille. Et vltra iudeos ſūt ne aliq ꝓfūdiores? cui ille. Profundiores omnibꝰ ſunt falſi chriſtiani: qui Chriſti ſanguine redempti tantum precium paruipendunt.



¶ Dum per quandā ſolitudinem profundiſſimam pergeret Macharius: ad quodlibet miliare arundinem figebat: vt poſtmodum redire ſciret. Sed dum iam nouē dictas feciſſet: ⁊ in quodaꝫ loco quieſceret: diabolus omnes arūdines collegit: ⁊ ad caput eius poſuit. vnde ad redeundum plurimuꝫ laborauit. ¶ Frater quidā plurimum cogitationibus ſuis moleſtabatur: ꝙ ſcilicet ī cella ſua inutiliter eſſet. Sed ſi inter homines habitaret multis prodeſſe poſſet. Qui cum cogitatiōes ſuas Machario retuliſſet: ille ait. Fili ſic illis reſponde. Hoc ſaltem facio: quia propter Chriſtum parietes iſtius celle cuſtodio. ¶ Dū quendam culicē ſe pungentem manu occidiſſet: ⁊ multum de illo ſanguinis emanaſſet: reprehendens ſe ꝙ propriam vindicaſſet iniuriam: nudus ſex menſibus in deſerto manſit: ⁊ inde a ſcabronibꝰ totus laceratus exiuit. Poſt hoc multis clarus virtutibus in pace quieuit.

¶ De ſancto Felice.

Felix prenomine ipicis dr̄: vel a loco in quo regeſcit: vel a ſubulis cum quibus paſſus perhibetur: naꝫ pinca ſubula dicitur. Aiunt enim ꝙ cum magiſter puerorum extiterit: ⁊ eis nimium rigidus fuerit: tentus a paganis cum Chriſtum libere confiteretur: traditus fuerit in manibus puerorum: quos ipſe docuerat q cum in ſtilis ⁊ ſubulis occiderunt. Eccleſia tamen magis tenere videtur ꝙ non martyr extitit ſed confeſſor. Hic ad qōcunq̄ idolū ducebatur vt ei ſacrificaret: in illud exufflabat ⁊ continuo corruebat. Legitur autem ī quadam legenda ꝙ dum Maximus nolanus epiſcopus perſecutionem fugiens fame ⁊ gelu afflictꝰ ſolo corruiſſet. Felix ab angelo ad eum mittitur: ⁊ cum nihil ibi cibi haberet de ſente proxima pendentem vidit racemum de quo in os eius expreſſit vinuꝫ humeriſq̄ impoſituꝫ ſecū detulit. Ipſo igitͬ defuncto Felix in epiſcopum eligitur. Qui dum predicaret ⁊ perſecutor euꝫ quereret inter parietes dirutos per modicum adituꝫ ſe occultauit. Statimq̄ nutu dei per aditū illum telas aranee texuerūt. Quās dum ꝑſecutores conſpiciunt neminem illic eſſe putantes abſcedunt. Inde autem ad alium locum ſanctus Felix pergens a quadam vidua ꝑ tres menſes alimenta ſuſcepit: nunq̄ tamē eius faciem vidit. Tandem pace reddita: ad eccleſiam ſuam rediit: ⁊ ibi in pace requieuit. Sepultus autem iuxta vrbem ī loco qui dicitur pincis. ¶ Huic ⁊ alius erat frater qui Felix ſimiliter dicebatur. Cūq̄ etiam ipſe idola adorare cogeretͬ dixit: inimici eſtis deorum veſtrorum: quia ſi me ad illos duxeritis ī eos ſicut frater meus exufflabo ⁊ corruent. Excolebat auteꝫ ſanctus Felix ortum. Quidā vero holera eius rapere cupientes: dum furtum ſe facere cogitabant tota nocte hortum diligētius excolebant: mane autē a ſācto Felice ſalutati peccatum ſuū cōfitentes ad propria redierūt. Uenientes autem gentiles vt ſanctū felicē tenerent: manus eoꝝ dolor nimius apprehēdit. Qui cū vllularēt dicit eis. Dicite. chriſtus eſt deus ⁊ dolor continuo vos dimittet. Quibꝰ dicentibus: ſanati ſunt. ¶ Pōtifex idolorū ad eū venit dicēs. Domine ecce deꝰ meus vt te venientē vidit: continuo fugaꝫ arripuit. Cui cū dicerē: quare fugis? ait. virtutē huius Felicis ferre nō poſſum. Si ergo deus meus ita te timet: q̄to magis ego te timere debeo? Quē cū Felix ī fide inſtruxiſſet baptizari ſe fecit. Adorantibus auteꝫ apollinē dixit Felix. Si vere deus ē apollo dicat mihi quid eſt quod in manu nūc clauſū teneo. Habebat autem in manu cedulā in qua oratio dominica erat ſcripta: quo nihil reſpondēte gentiles conuerſi ſunt. Tandē miſſa celebrata: ⁊ populo data pace ī pauimento in oratione ſe proijciens migrauit ad dn̄ꝫ.

¶ De nomine ſancti Marcelli.

Marcellus dictus ē quaſi arcēs malum a ſe. vel dicitͬ marcellus quaſi maria percellēs.i.mūdanas aduerſitates percutiens ⁊ conculcans. Aſſimilatͬ enim mūdus mari: qꝛ ſicut dicit Chriſoꝰ ſup Mat. In mari ē ſonus confuſus: timor cōtinuus: imago mortis: vndarum contentio: infatigabilis inconſtantia iugis.

¶De ſancto Marcello.

Marcellus cuꝫ Rome ſummus põtifex eẽt ⁊ maximianũ imꝑatorẽ de nimia in chriſtianos ſceuitia increparet ⁊ in quadam domo cuiuſdã matrone i eccleſiã ɔſecratã miſſã ageret: iratus imꝑator domũ iſtã fecit ſtabulũ iumẽtoꝝ: ⁊ eũdẽ marcellũ ibidẽ ad ſeruitiũ cum cuſtodia animalium deputauit. In quo ſeruitio poſt multos annos in dño requieuit: circa annũ domini. 287.

¶De nomine ſancti Antonij.

Antonius dicitur ab ana qđ eſt ſurſum: ⁊ tenens: quaſi ſuperna tenẽs ⁊ mundana deſpiciens. Deſpicit autem mundũ: quia imundus: inquietus: trãſitorius: deceptorius: amarus: de his dicit Ber. O mũde imunde: quid ꝑſtrepis: quid auertere nos conaris: tenere nos vis fugiens. quid faceres ſi maneres? quẽ nõ deciperes dulcis qui amarus dulcia alimenta mentiris? Eius vitam Atanaſius ſcripſit.

¶De ſancto Antonio.

Antonius cum eſſet viginti annorum: ⁊ audiret legi in eccleſia. Si vis ꝑfectus eẽ: vade ⁊ vẽde oia que habes ⁊ da pauperibus. omnia ſua vendens pauperibus erogauit: ⁊ heremiticam vitã duxit. Hic innumerabilia tentamenta demonum ſuſtinuit. ¶Quadã vice dũ ſpm̃ fornicationis virtute fidei ſuperaſſet: diabolus in ſpecie pueri nigri ante eum proſtratus apparuit: ⁊ ſe ab eo victũ cõfeſſus ẽ. Nam ⁊ hoc precibus ĩpetrauit: vt videret fornicationis demoneꝫ iuuenibus inſidiantem: quẽ cuꝫ in predicta forma vidiſſꝫ dixit. Uiliſſima mihi apparuiſti ſpẽ. te vltra non timebo. ¶Alia vice duꝫ in quodaꝫ tumulo latitaret: multitudo demonũ eum adeo lacerauit: ꝙ miniſter eius quaſi mortuũ eũ proprijs humeris aſportauit. Cũqꝫ eũ oẽs qui cõuenerãt quaſi mortuum ploraſſẽt: dolẽtib⁹ cũctis ſubito antonius reuiuiſcit: ⁊ a miniſtro ad predictũ tumulũ ſe iterꝝ portari fecit. Qui cũ ibi ex dolore vulnerũ proſtratus iaceret ex virtute animi ad cõflictũ demones excitabat. Tũc illi in formis varijs ferarum apparuerunt ⁊ cũ iterꝝ dẽtibus: cornib⁹: ⁊ vnguib⁹ crudeliſſime lacerauerũt. Tũc ſubito ſplẽdor mirabilis ibi apparuit: ⁊ demones cunctos fugauit. Antonius aũt continuo ſanatus eſt: ibiqꝫ xp̃m adeſſe itelligens ait. Ubi eras bone ieſu: vbi eras? Quare a pricipio nõ affuiſti hꝫ: vt me adiuuares: ⁊ vulnera mea ſanares? cui dñs. Antoni hic eram ſed expectabã videre certamẽ tuũ. Nunc aũt quia viriliter dimicaſti: i toto orbe te faciã nominari. Tãti aũt feruoris erat: ꝙ cũ Maximian⁹ imꝑator xp̃ianos occideret: ipe martyres ſequebat̃: vt cũ eis martyr fieri mereret̃: ⁊ vehementer triſtabat̃: eo ꝙ ſibi martyriũ non daretur. Cũ autẽ in alterum heremum pergeret argenteum diſcuꝫ repperit: ⁊ intra ſe ſic dicere cepit. Unde hͨ argẽte⁹ diſcus vbi hoium veſtigia nulla vidẽtur? Si. n. viatori cecidiſſet vtiqꝫ ꝓ ſui magnitudine latere nõ poſſet. Hoc diabole artificiũ tuũ ẽ: volũtatẽ tñ meã nũqꝫ poteris imutare. Et hͨ dicẽs diſcus vt fumus euanuit. Poſtmodũ igentẽ maſſã veri auri reppit: ſꝫ vt icẽdiũ auꝝ fugit. Sicqꝫ ad mõtẽ fugiẽs. 20. ãnis ibi ꝑmãſit: inũeris coruſcãs miraculis. ¶Quadã vice dũ i ſpũ rapt⁹ eẽt: totũ mũdũ laqueis ſeſe inicẽ cõnectẽtib⁹ plenũ vidit: q exclamans ait. O qs iſtos euadet? ⁊ audiuit. Hũilitas. ¶Aliqñ dũ ab ãgelis i aere eleuaret̃: aſſũt demões ⁊ ei⁹ trãſitũ ꝓhibẽt pccã ei⁹ ab exordio natiuitatis ei⁹ obijciẽtes: qb⁹ ãgeli. nõ debetis illa narrare q̃ xp̃iana pietate ſũt deleta. Si q̃ aũt ſcitis ex quo fcũs ẽ monach⁹ illa ꝓferte. Et cũ in probatiõe deficerent: liber Antoni⁹ in ſublime tollit̃: ⁊ liber deponit̃. ¶Narrat Antoni⁹ de ſe dicẽs. Uidi aliquãdo diabolũ celſũ corpore: q ſe dei virtutẽ ⁊ ſapiẽtiã auſus ẽ dicere. ⁊ ait. Quid vis vt a me tibi det̃ Antoni? At ego ſputa i os ei⁹ ɔgeminãs totũ me i eũ xp̃i noie armat⁹ igeſſi: ⁊ ſtatĩ euanuit. ¶Huic diabol⁹ aliqñ i tãta ꝓceritate appuit: ꝙ celũ capite tãgere videret̃: quẽ cũ Antoni⁹ qs eẽt iterrogaſſꝫ: ⁊ ipſe ſe ſathanam eſſe dixiſſet: addidit ſathanas. Cur me ſic impugnant monachi: et maledicunt chriſtiani? cui antonius. Iuſte hͨ faciunt qa tuis ſepe inſidijs moleſtãt̃. Et ille: ego nequaqꝫ moleſto ſꝫ ipſi inuicem ſe conturbant. Ego. n. ad nihiliũ redactus ſum: qr iã i cunctis partib⁹ regnat xp̃s. ¶Quidã ſagittari⁹ beatũ Antoniuꝫ gaudentẽ cũ frib⁹ q̃dam vice cõſpexit ⁊ ei diſplicuit. cui Antonius. Pone ſagittã i arcũ ⁊ trahe: qđ ⁊ fecit. Cũqꝫ 2°. ⁊ 3°. hoc fieri mãdaſſet: dixit ſagittarius. Tm̃ trahere potero ꝙ de ei⁹ fractione dolebo. cui Antoni⁹. Sic ẽ i oꝑe dei: q꞉ñ ſi ſupra mẽſurã tendere vellemus citi⁹ frangeremur. Expedit ẽ rigorẽ aliqñ relaxari. Hoc audiẽs ille edificat⁹ receſſit. ¶Interrogauit qdã Antoniũ dicens qđ cuſtodiẽs placebo deo? ⁊ reſpondẽs dixit. Quocũqꝫ vadis ſemꝑ deum ꝓ oculis hẽas. In his q̃ agis teſtimoniũ ſacraꝝ ſcripturaꝝ adhibeas. in q̃cũqꝫ loco ſederis nõ inde cito recedas. Hec tria cuſtodi ⁊ ſalu⁹ eris. ¶Abbas qdã iterrogauit Antoniũ dicẽs. Quid faciã? cui Antoni⁹. Nõ cõfidas i tua iuſticia: vẽtris ⁊ lingue ſit tibi cõtinentia: ⁊ ne peniteaſ de re tranſacta. ¶Dixit Antoni⁹. Et ſicut piſces ſi i ſicco tardauerint moriunt̃: ita ⁊ monachi extra cellã tardãtes: aut cũ viris ſecularib⁹ morantes a qetis ꝓpoſito reſoluunt̃. Iterꝝ dixit ãtoni⁹. Qui ſedet i ſolitudie ⁊ qeſcit a tribus bellis eripit̃. ſ. auditus: locutiõis: ⁊ viſus: ⁊ ɔ̃ vnũ tm̃mõ pugnã habebit. ſ. cordis. ¶Quidã fratres cũ quodã ſene ad abbatẽ Antoniũ viſitandũ venerãt. Dixitqꝫ Antonius fratribus. Bonũ comitẽ habuiſtis ſeneꝫ hũc? deide dixit ſeni. Bonos fres iueniſti tecũ Abba? cui ille. Bonos qdẽ iueni: ſꝫ habitatio eoꝝ nõ hꝫ ianuã. Quicũqꝫ. n. vult itrat iſtabulũ: ⁊ ſoluit aſinũ. hoc aũt dicebat qm̃ oia q̃ erãt i corde eoꝝ ſtatiꝫ erãt i ore. dixit abbas Antoni⁹. Scire cõuenit qm̃ ſunt tres mot⁹ corporales: vn⁹ qdẽ nature: ali⁹ ex ciboꝝ plenitudine: tertius ex demone. ¶Frẽ qdã renũciauerat ſeclo: ſꝫ nõ plene: qa q̃daꝫ adhuc ſibi retinebat. cui Antonius. Uade ⁊ eme carnes: q vadẽs emit carnes: ⁊ portãs eas dũ veniret lacerabãt eũ canes. cui Antonius. Qui renunciãt ſcl'o: ⁊ volũt habere pecunias ita ipugnati a demonibus diſcerpũt̃. ¶Antoni⁹ dũ i heremo tedio afficeret̃ dixit. Uolo dñe ſaluus fieri ⁊ ñ ꝑmittũt me cogitationes mee. Et ſurgẽs exiuit foras: ⁊ vidit q̃ndã ſedẽtẽ atqꝫ oꝑãtẽ: ⁊ deiñ ſurgẽtẽ ⁊ orãtẽ. Erat ãt ãgel⁹ dñi. ⁊ dixit ei. Sic fac ⁊ ſalu⁹ eris. ¶Cũ q̃dã vice fres de ſtatu animaꝝ ab ãtonio q̃ſiſſẽt ſequẽti nocte vox vocauit eũ dicẽs. Surge ⁊ exi ⁊ vide. Et ecce vidit quẽdã lõgũ ⁊ terribilẽ caput vſqꝫ ad nubes tollẽtẽ: q quoſdã pẽnatos ad celũ volare cupiẽtes extẽſis manib⁹ ꝓhibebat: ⁊ alios libere ꝑuolãtes retinere nõ poterat ⁊ maximũ gaudiũ mixtũ cũ nimio dolore audiebat. Et itellexit aiaꝝ illũ eẽ cõſenſũ ⁊ diabolũ ꝓhibẽtẽ: q q̃ſdã obnoxias retineret: ⁊ de ſanctoꝝ volatu quos retinere ñ poterat ſic doleret. ¶Aliqñ dũ cũ fratrib⁹ oꝑaret̃ Antoni⁹: ſuſpiciẽs i celũ cũ triſtẽ viſionẽ vidiſſet ꝓuolut⁹ ãte deũ rogauit vt futuꝝ ſcel⁹ auerteret. Fratribus vero ſuꝑ hoc eũ iterrogãtibus cũ lachrymis ⁊ ſingultib⁹ dixit: ꝙ iauditũ ſcelus ſeculis imineret. Uidi igr̃ altare dei a multitudine circũdãtũ equoꝝ q calcibus oia diſcerpebant. Magno enĩ turbine fides catholica ſubuertet̃: ⁊ hoies iumẽtis ſimiles chriſti ſacra diripiẽt: factaqꝫ ẽ vox dñi dicens. Abominabit̃ altare meũ. Poſt duos autẽ ãnos erũpẽtibus arrianis eccleſie vnitatẽ ſciderunt: baptiſmum ⁊ eccleſias polluerunt: ⁊ ſuꝑ altaria chriſtianos ad iſtar ouiũ mactauerũt ¶Dux qdã Egyptĩ arrianus nomine Ballachius: cũ ita eccleſiam dei infeſtaret vt virgines ⁊ monacos nudatos publice verberaret: ſic ei ſcripſit Antonius. Uideo iram dei ſuper te venientem: iam deſine perſequi chriſtianos ne ira dei te occupet: q̃ proximum tibi minatur interitum. Infelix legit epiſtolã: irriſit: ⁊ eã execrans ad terram proiecit: portatores verberibus multis afficiens. Antonio autem talia remandauit. Quoniam tibi eſt tãta cura de monachis: ad te quoqꝫ ꝑueniet nr̃i diſciplina rigoris. Poſt. 5. aũt dies equũ ſuum mãſuetiſſimũ iſidens: morſu ipius equi ad terrã ꝓijcit̃: corroſis atqꝫ laceratis crurib⁹ itra triduũ expirauit. ¶Cũ qdã fratres verbũ ſalutis ab Antonio queſiuiſſent ait ille. Audiſtis dominũ dicentẽ. Si quis te

percuſſerit in vnā maxillā prebe ei alteraꝫ. dicunt ei. Hoc implere non poſſumus. Et ille. Saltē de vna patienter ferte. ⁊ illi. Etiam nec hoc poſſumus. quibꝰ Antoniꝰ. Saltē ne velitis percutere magis ꝙ̄ percuti. et illi. Nec hoc etiam poſſumus. Tunc Antonius dixit diſcipulo ſuo. Succos ꝑpara fratribus iſtis quia nimis delicati ſunt. Sola oratio neceſſaria eſt vobis. hec in vitis patrum leguntur. Tandē beatus Antonius centeſimo quinto anno vite ſue fratres deoſculās in pace quieuit ſub Conſtantino: q cepit circa annum domini. 340.

De nomine ſancti Fabiani.

Fabianus dicitur quaſi fabrianꝰ fabricans beatitudinem supernā. i. eā ſibi acquirens triplici iure. ſ. iure adoptiōis emptiōis ⁊ debellationis.

De ſancto Fabiano.

Fabianus ciuis romanus fuit: et cū papa defuncto pro alio eligēdo populus conueniſſet: inter eos ⁊ ipſe venit: rei exitum ⁊ ipſe ſcire volens: Et ecce columba candida deſcendit ſuper caput eius. Quod cū oēs mirarentur: ab eis in papā eligit̄. Hic vt ait Damaſcenus papa per omnes regiones ſeptē diacones miſit: ⁊ eiſdeꝫ ſeptē ſubdiacones tradidit: qui oīuꝫ geſta martyrū collegerunt. Hic vt ait Aimo: imperatori Philippo volenti intereſſe paſce vigilijs ⁊ cōmunicare myſterijs reſtitit. nec quouſqꝫ peccata confiteretur: ⁊ iter penitentes ſtaret intereē permiſit. Paſſus eſt autē circa annū domini ducenteſimū quinqͣgeſimūtertiū. Tādē pōtificatꝰ ſui āno tredecimo iuſſu Decij capitis obtrūcatiōnē martyrio coronat̄.

De noīe ſcī Sebaſtiani.

Sebaſtianus dictus ē a ſequens et ebatitudo: ⁊ aſtin quod ē ciuitas: ⁊ ana: quod ē ſurſum: quaſi ſequens beatitudinē ciuitatis ſūme ⁊ ſuperne glorie hoc eſt eam poſſidens ⁊ acquirens. Et hoc quītuplici denario ſecūdū Auguſtinū: paupertate regnū: dolore gaudiū: labore requiē ignominia gloriā: morte vitā. Uel dicitur ſebaſtianus a baſto. naꝫ miles Chriſtus equꝰ eccleſia: baſtuꝫ: ſiue ſella. Sebaſtianus quo mediante chriſtus in eccleſia militauit ⁊ de multis martyribus victoriaꝫ obtinuit. Uel Sebaſtianus interpretatur vallatus vl' circuiens: vallatus qꝛ ſagittis tanqꝫ hericius fuit circūdatꝰ. Circuiens qꝛ oēs martyres circuibat: ⁊ omnes confortabat.

De ſancto Sebaſtiano

egreſſu ex vtero habuit triplex munus gratie: quoniam ortus eius fuit miraculoſus: ſanctus et iocundus: quia miraculoſus excluditur defectus impotentie: quia ſanctus reatus culpe. Quia iocundus lamentum miſerie. Celebratur autem eius ortus ſiue natiuitatis ſecundum magiſtrum Guilelmum altiſſiodorenſem triplici ratione. Primo ratione ſanctificationis in vtero. Secundo ratione dignitatis in officio. Ipſe enim tanquam lucifer venit: et eternum gaudium nobis primus nunciauit. Tertio ratione iocunditatis in ortu ſuo. Dixerat enim angelus. Et multi in natiuitate eius gaudebunt. Et ideo dignum eſt vt et nos in natiuitate eius gaudeamus. In proceſſu habuit ſimiliter multiplex munus. In hoc autem patent eius excellentiſſima et diuerſa munera gratie: quoniam habuit perfectionem omnium ſanctorum. Nam propheta fuit quando dixit. Qui poſt me venturus eſt etc. Pluſquam propheta quando chriſtum digito demonſtrauit. Apoſtolus quia a deo miſſus fuit. Apoſtolus enim idem eſt quod miſſus. Vnde dicitur. Fuit homo miſſus a deo etc. martyr quia pro iuſticia mortem ſuſtinuit. Confeſſor: quia confeſſus eſt et non negauit. Virgo vnde et propter ipſius virginitatem angelus eſt appellatus. Malachie 3°. Ecce ego mitto angelum meum etc. In egreſſu de mundo habuit triplex munus: quia efficitur martyr inuictus. Tunc enim palmam martyrij adeptus eſt. Dirigitur nuncius precioſus. Ipſe enim tunc illis qui erant in limbo precioſum nuncium attulit .ſ. de aduentu chriſti et de redemptione ipſorum Et colitur exitus glorioſus. Eius enim exitus de omnibus qui ad limbum deſcenderunt ſpecialiter ab eccleſia ſolennizatur et glorioſe colitur. Quinto ex predicatione. Circa cuius predicationem angelus quattuor ponit cum dicit. Et multos filios iſrael conuertet ad dominum deum ipſorum: et ipſe precedet etc. Et tangit quatuor .ſ. fructum: ordinem: virtutem: et finem: ſicut in litera patet. Et notandum quod predicatio Ioannis tripliciter fuit commendabilis. Ipſe namque predicauit feruenter: efficaciter: et prudenter Feruenter cum dicebat. Genimina viperarum etc. Qui quidem feruor fuit inflammatus charitate: quia erat lucerna ardens. vnde ipſe dicit in perſona Hiere. Poſuit os meum quaſi gladium acutum informatus veritate: quia erat lucerna lucens Vnde Joannis. 5. Vos miſiſtis ad Joannem et ille perhibuit teſtimonium veritati. Directus a diſcretione ſiue ſcientia. Vnde turbis et publicanis et militibus ſecundum vniuſcuiuſque exigentiam propriam legem dedit. Firmus conſtantia: Vnde et tam conſtanter predicauit quod ex hoc vitam amiſit. Hec enim. 4. debet habere zelus ſecundum quod dixit Ber. zelum tuum inflammet charitas: informet veritas: regat ſcientia: et firmet conſtantia. Secundo efficaciter: quoniam ad predicationem eius multi conuerſi ſunt. Predicauit enim verbo per aſſiduitatem doctrine: et exemplo per ſanctitatem vite: predicauit et conuertit meritis et orationibus deuotis. Tertio prudenter. Cuius prudentia predicationis in tribus fuit. Primo in eo quod vſus fuit comminationibus vt malos terreret dicens. Jam enim ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. Secundo promiſſionibus vt bonos alliceret dicens. Penitentiam agite: appropinquat enim regnum celorum. Tertio moderationibus vt mediocres paulatim ad perfectionem attraheret: vnde turbis et publicanis et militibus leuia imponebat: vt poſtmodum ad maiora proueherentur: turbis vt opera miſericordie facerent: publicanis vt ſe ab alienorum appetitu abſtinerent. Militibus vt neminem concuterent: nullam calumniam facerent: et ſuis ſtipendijs contenti eſſent. Et notandum quod Joannes euangeliſta hac die migrauit ad dominum: ſed eccleſia ipſius feſtum in tertium diem poſt chriſti natiuitatem celebrandum inſtituit: quia tunc eius eccleſia dedicata fuit. Et ſolennitas natiuitatis beati Joannis baptiſte in ſuo die remanſit. Nimirum quia hec dies ab angelo gaudio natiuitatis precurſoris autenticatus fuit. Non autem dogmatizandum eſt quod euangeliſta baptiſte ceſſerit tanquam minor maiori. Non enim decens eſt quis maior ſit eorum diſputare: quod etiam quodam exemplo diuinitus eſt oſtenſum. Erant enim vt legitur duo doctores theologi quorum vnus ioannem baptiſtam: alter vero ioannem euangeliſtam preferebant. Tandem ſuper hoc ſolenni diſputatione indicta quilibet valde ſollicitus erat auctoritates et efficaces rationes inuenire: quibus ſuum Joannem poſſet preferre. Adueniente autem diſputationis die quilibet ſanctorum emulatori ſuo apparuit: eique dixit. Bene concordes ſumus in celis: de nobis non diſputetis in terris. Tunc illi ſibi adinuicem et omni populo viſionem publicauerunt: et dominum benedixerunt: Paulus hiſtoriographus

longobardoꝝ romane eccleſie diaconus: ⁊
caſſineñ monachus cū deberet quadā vice
cereū cōſecrare fauces ei⁹ rauce facte ſūt:
cū prius vocalis eēt. Ut ḡ voxſibi reſtitue/
ret̃ hymnū .ſ. Ut queant laxis ⁊c̃. ad hono/
rē .b. ioā. cōpoſuit: vbi in ꝑncipio petit ſibi
vocē reſtitui: ſicut ⁊ zacharie reſtituta fuit.
¶ Oſſa mortuoꝝ animaliū vndecūq̄ colle/
cta i hac die ab aliq̄bus cōburūt̃: cuius du/
plex ē cā vt ait Jo. beleth. Una ē ex antique
īſtitutiōis obſeruātia. Sunt etenim q̄dā ani
malia que dracones vocāt̃ q̄ in aere volāt:
i aquis natant: in terra ambulāt. Qn̄q̄ aūt
dū p aera abularēt ad libidinē cōcitabant̃:
⁊ i puteis ⁊ i aquis fluuialib⁹ ſpma iactabāt
⁊ īde ſequebat̃ letalis annus. Cōtra h̄ ḡ iſtō
īuētū fuit remediū vt d̄ oſſib⁹ aialiū rog⁹ fie
ret: ⁊ ſic talia aialia fum⁹ fugaret. Et q̄ iſtō
maxime hoc tpe fiebat: iō iſtud adhuc ab ali/
quib⁹ obſeruat̃. ¶ Alia cā ē ad repreſētādū
q̄ oſſa ſci Joā. in ſebaſte ciuitate ab īfideli/
bus cōbuſta fuerant. Ferunt̃ etiā facule ar
dentes: q̄ Joā. fuit lucerna ardēs ⁊ lucens.
⁊ rota vertitur: q̄ ſol tūc i circulo deſcendit
ad ſignificādū ꝙ fama Joh̄. q̄ xp̄s putabat̃
deſcēdit ſ; ꝙ ipſe teſtimoniū ꝑhibuit dicēs.
Me oportet minui: illū aūt creſcere. Hoc ſi
gnificatū ē ſcd̄m ꝙ dic̃ Aug. i eoꝝ ortibus:
⁊ i eoꝝ mortib⁹. Jn eoꝝ ortib⁹: q̄ circa nati/
uitatē Joh̄. dies icipiūt decreſcere: circa na
tiuitatē xp̄i creſcē iuxta illō. Solſticiū; deci
mo xp̄; ꝑit atq̄ Joānē. Itē i eoꝝ mortib⁹ q̄
corp⁹ xp̄i i cruce fuit exaltatū: ⁊ corp⁹ Joh̄.
minoratū; capite. Refert paulus i hiſtoria
lōgobardoꝝ: ꝙ Rotharit rex lōgobardoꝝ
iuxta eccleſiā ſci ioānis baptiſte cū m̄lto or/
natu ſepultus fuit. Quidam h̄o cupiditate
illectus nocte ſepulchꝝ aperiēs abſtulit vni
uerſa. Cui btūs ioānes apparēs dixit. Cur
auſus fuiſti tangere mihi commiſſum? Ec/
cleſiā meā decetero igredi nō valebis. Qd̄
vtiq̄ ſic euenit. Nā qn̄cūq̄ ꝑdictā eccleſiā;
itrare volebat q̄ſi a validiſſimo pugille gut/
tur ei⁹ feriebat̃: ⁊ ſic ſubito retro ruebat.

¶ De ſanctis Joanne ⁊ Paulo.

Joannes ⁊ Paulus ꝑmice/
rij ⁊ prepoſiti Con/
ſtātie filie Cōſtātini Auguſti fuerūt. Eo aūt
tp̄e cū gens ſcithica daciā ⁊ thraciā occupa
ret ⁊ gallicanus dux romani exercit⁹ cōtra
predictā gētē mitti deberet: Cōſtātiā filiam
conſtantini ꝓ mercede laboris ſui i vxorē;
dari petebat. Qd̄ etiā romani pricipes iſtan
tius fieri poſtulabāt: pr̄ aūt plurimū triſta/
bat̃: ſciēs filiā ſuā poſtq̄ a btā agnete ſana/
ta fuerat i v̄ginitatis ꝓpoſito poſitā: facili⁹
occidi poſſe q̄ ad cōſēſū iclinari. Uirgo tn̄ d̄
deo cōfidēs pr̄i cōſuluit: vt eā ſibi ſpondeat
cū victor rediret: verūtamē duas filias ſu/
as quas ex vxore defūcta ſuſceperat idem
gallicanus ſecū manere permitteret: vt per
eas mores ⁊ votū patris ſcire poſſet. Et ipſa
duos ꝑpoſitos ſuos ioānē ⁊ paulum ſibi cō/
cederet i ſpe quaſi maioris firmitatis rogās
deū vt ipm̄ ⁊ filias cōuerteret. Qd̄ vbi oīb⁹
placuit gallicanus aſſumptis ioāne ⁊ paulo
⁊ copioſo exercitu ꝓficiſcit̃: ſ; tn̄ a ſcitharū
gente eius exercitus frāgit̃ ⁊ i vrbe thracia
rū ab hoſtib⁹ obſidet̃. Tūc accedētes ioan/
nes ⁊ paulus eidem dixerūt. Fac votū d̄o
celi: ⁊ eris victor melius q̄ fuiſti. Quod cū
feciſſet iuuenis in humero ferens crucē ſta/
tim ei apparuit: eiq̄ dixit. Sume gladiū tu/
um ⁊ ſequere me. Quē ille accipiens ꝑ me/
dia caſtra iuit: ⁊ ad regē vſq̄ deueniens: il/
lūq̄ occidēs ſolo timore vniuerſū exercitū;
ſubiugauit: ⁊ romanis tributarios fecit.
Duo quoq̄ milites armati eidē apparentes
eū hinc inde ꝯfirmabāt. Factus igit̃ xp̄ian⁹
romā rediit: ⁊ cū multo honore ſuſcept⁹ ro/
gauit Auguſtum vt ſibi indulgeret ſi filiam
minime deſponſaret: eo ꝙ decetero xp̄o cō
tinēter viuere ꝓponeret. Qd̄ cum auguſto
plurimum placuiſſet: ⁊ due filie gallicani a
Conſtantia virgine ad chriſtū cōuerſe eēnt:
ipſe gallicanus ducatui ceſſit: ⁊ omnia pau/
peribus tribuens chriſto cum alijs ſeruis d̄i
in paupertate ſeruiuit. Multa aūt miracu/
la faciebat: ita vt ſolo viſu demones de ob/
ſeſſis corporibus effugaret. Hui⁹ ſacre opi/
nionis fama i toto orbe terraꝝ intantū ex/
creuit: vt ab oriēte ⁊ occidēte venientes vi/
derent virum ex patricio cōſule lauantem
pedes pauperum: ponentē mēſā: aquā ma



nibus effundentē: lāguētibus ſollicite mini
ſtrantē. ⁊c̃. ſācte ſeruitutis officia exhibentē
Cōſtātino igit̃ defuncto Cōſtātius Cōſtanti
ni magni fili⁹ arriana hereſi deprauat⁹ impe/
riū tenuit. Uex cū Cōſtātius frater Conſta/
tini duos filios. ſ. gallū ⁊ iulianū reliq̄ſſet. cō
ſtantin⁹ ipator dictū gallū Ceſarē fecit: ⁊ cō
tra iudeā rebellātē miſit: quē tn̄ poſtmodū;
iterfecit. Julian⁹ vero timēs ne exēplo fra/
tris a Cōſtātino pimeretur mōaſteriū igreſ/
ſus ē: vbi magnā religionē ſīlans lector ordi
nat⁹ ē. Qui per maleficiū demonē cōſuluit
reſponſum accipiens: ꝙ ad ipium ſubliman
dus eſſet. Poſt aliq̄d tp̄s vrgentib⁹ aliq̄bus
negocijs cōſtantin⁹ iulianū Ceſarem fecit: ⁊
ipſū; in galliā deſtinauit: q̄ oīa ſtrenue age/
bat. Mortuo āt vt dictū ē Cōſtātino: ⁊ Juli
ano apoſtata i impiū; a cōſtātio ſublimato.
iuſſit iulianus vt gallicanus aut dijs imola/
ret: aut abſcederet. Tāto. n. viro non aude/
bat mortē iferre. Jlle igit̃ alexādriā perexit
⁊ ab īfidelib⁹ per cor tranſfixus martyrij co/
ronā ꝑcepit. At iulianus capt⁹ cupiditate ſa
crilega: auaritiā ſuā euāgelij teſtimonio co
lorabat Nā facultates a xp̄ianis auferens
dicebat. Xp̄s veſter dicit i euāgelio. Qui n̄
renunciauerit oībus que poſſidet nō pōt eē
me⁹ diſcipulus. Audiēs igit̃ ꝙ ioānes ⁊ pau
lus ex opibus q̄s v̄go Conſtan tia reliq̄rat
xp̄ianos paupes ſuſtentabāt: mādauit eiſdē
ꝙ ſicut cōſtātino: ita quoq̄ ⁊ ſibi adherere de/
berēt. At illi dixerūt. Dū glioſi ipatores cō/
ſtātin⁹ ⁊ fili⁹ ei⁹ Cōſtātius ſe eē ſeruos xp̄i
gl̄iabāt̃. nos famulabamur eiſdē. Tu vero
q̄ religionē plenā v̄tutib⁹ reliq̄ſti: a te oīo re
ceſſim⁹: ⁊ tibi obedire cōtēnim⁹. Quib⁹ iulia
nus mādauit. Ego i eccleſia clericatū obti/
nui: ⁊ ſi voluiſſē ad ꝑmū eccleſie ſtatū pue/
niſſe;: ſ; cōſiderās vanū eſſe iertiā ſectari ⁊
ociū: militie aiū; dedi: dijſq̄ ſacrificās coꝝ
ſuffragijs ipiū obtinui. vn̄ vos in aula regia
nutriti nō debetis lateri meo deeſſe vt pri/
mos vos i palatio meo habeā: ꝙ ſi a vobis
cōtēpt⁹ fuero: agā neceſſe ē vt ꝯtēni nō poſ
ſi;. q̄ r̄ndētes dixerūt. Deū; tibi ꝑponentes
minas tuas nequaq̄ timemus: ne dei eter
ni inimicitias icurram⁹. Ad h̄ iulianus. Si in
fra decē dies vltro ad me venire cōtēpſeri/
tis coacti poſtmodū facietis qd̄ ſpōte face/
re nō curatis. cui ſācti reſpōderūt. Jā decē
dies preteriſſe eſtima miſer: ⁊ hodie facito
qd̄ tūc te facturꝝ eē minaris. Quib⁹ iulian⁹.
Putatis ꝙ martyres vos faciāt xp̄iani: ni
ſi mihi cōſenſeritis puniā vos nō vt marty/
res: ſ; vt publicos hoſtes. Tūc ioānes ⁊ pau
lus ꝑ totos decē dies elemoſynis īſiſtentes
oīa ſua pauperibus erogabāt. Decima aūt
die miſſus ē ad eos terētianus q̄ dixit eis:
Dn̄s noſter iulianus ſtatūculā aureā iouis
ad vos miſit: vt eidē thura icendatis: alioq̄n
ambo ſimul ꝑibitis. Cui ſācti dixerūt. Si tu
us dn̄s ē iulian⁹ habeto pacē cū illo: nobis
alius nō ē niſi dn̄s ieſus xp̄s. Tūc iuſſit eos
occulte decollari ⁊ i foueā itra domū ſepe/
liri: famā faciēs ꝙ i exiliū eſſent miſſi. Poſt
h̄ filius terentiani a demone arripit̃: ⁊ intra
domū clamare cepit ꝙ a demone vreretur
Qd̄ videns terentianus ſcelus ꝯfitet̃ ⁊ xp̄i/
anus efficit̃: paſſio ſcōꝝ ab eo ꝯſcribit̃: ⁊ ei⁹
fili⁹ liberat̃. Paſſi ſunt āt circa ānū domini
.364. Refert Gregorius in omelijs euan
gelij. Siq̄s vult venire poſt me. ꝙ q̄dā ma/
trona dū eccleſiā iſtoꝝ martyꝝ freq̄ntı⁹ vi/
ſitaret: ⁊ die q̄dā īde rediret: duos ſtantes
monacos ſub ꝑegrino habitu iuenit: quos pe/
grinos credēs elemoſinā ipſis dari ꝑcepit.
S; priuſq̄ diſpēſator eis ad largiēdum ap/
propinquaſſet: aſtiterūt ei vicinius: ⁊ dixe/
rūt. Tu nos modo viſitas: nos te i die iudi/
cij requiremus: ⁊ q̄cq̄d poterim⁹ tibi ꝑſtabim⁹
Quo dicto ab oculis eius ablati ſunt. Am/
bro⁹. de his martyrib⁹ i prefatiōe ſic dic̃. Be
ati martyres ioānes ⁊ paulus v̄aciter iple/
uerūt qd̄ dauitica voce dr̄. Ecce q̄ bonū ⁊
q̄ iocūdū habitare frēs i vnū. Naſcendi lege
ꝯſortes: fideli ſocietate cōiūcti: paſſiōis eq̄/
litate conſimiles: in vno ſemper domino glo
rioſi. ¶ De ſancto Leone papa.

Leo papa vt in miraculis be
ate v̄gis legit̃: dū
i eccleſia ſcē marie maioris i die do
minice reſurrectiōis miſſā celebraret: ⁊ dū
fideles ꝑ ordinē cōicaret: ⁊ q̄dam matrona
manū eius oſculata fuiſſet: ex h̄ in eū vehe/

mens carnis tentatio iſurrexit. At vir dei in
ſeipſum ſeuiſſimus vltoꝛ iſurgit: ⁊ eadē die
manū ſe ſcandalizantē occulte penitꝰ āputa
uit: ⁊ a ſe reiecit. Interea murmur oriebat̃ i
populo cur ſūmꝰ pōtifex diuina moꝛe ſolito
nō celebꝛaret. Tūc Leo ad beatā virginem
ſe cōuertit: ⁊ eius ꝓuidētie totaliter ſe cōmi
ſit. Tunc illa cōtinuo ſibi aſtitit: ⁊ manū illi
ſuis ſanctiſſimis manibus reſtituit ⁊ confir
mauit: iubēs vt pꝛocederet: ⁊ filio ſuo ſacri
ficium immolaret. Leo igitur omni populo
quid ſibi contigerit pꝛedicauit ⁊ manum re
ſtitutam omnibus euidenter oſtendit. Hic
calcedoneum conciliū celebꝛauit. ſolas vir
gines velari ibidem inſtituit. Ibi etiā ſtatu
tum fuit: vt virgo Maria mater dei appel
laretur. Eo quoq; tempoꝛe atila italiā deua
ſtabat. Igit̃ ſanctus leo in eccleſia apoſtolo
rum tribus diebus ⁊ tribus noctibus oꝛatio
ni vacans poſt hoc dixit ad ſuos. Qui vult
me ſequi ſequat̃. Cū igitur ad atilam appꝛo
pinquaſſet ille vt beatum leonem vidit de
equo deſcendit: eiuſq; pedibus ꝓuolutus
rogauit vt peteret quicqd vellet. Qui petijt
vt ab italia diſcederet: ⁊ captiuos relaxaret
Et dum argueret̃ a ſuis ꝙ triūphatoꝛ oꝛbis
a ſacerdote victus eſſet: reſpondit: Pꝛoui
di mihi ⁊ vobis. vidi enim a dextris eius foꝛ
tiſſimum militem euaginato gladio ſtantē
mihiq; dicentē. Niſi huic parueris cū oībꝰ
tuis interibis. Cū beatus leo epiſtolā ad fa
bianū epiſcopū conſtantinopolitanū aduer
ſum euthiciū ⁊ neſtoꝛiū ſcripſiſſet ſup ſepul
chꝛū beati petri: ipſam poſuit ⁊ ieiunijs ⁊ oꝛa
tionibus inſiſtens dixit. Quicqd i hac epiſto
la vt homo errani tu cui eccleſia cōmiſſa eſt
corrige ⁊ emenda. Et poſt dies. 40. oꝛanti il
li petrus apparuit dicens: Legi ⁊ emenda
ui. Accipiēſq; leo epiſtolā inuenit eā manibꝰ
apoſtoli coꝛrectā ⁊ emendatā. Alias etiam
ſepulchꝛo beati petri. 40. diebus ieiunijs ⁊
oꝛationibus leo aſtitit: obſecrans vt ſuoꝝ
peccatoꝝ veniā ipetraret. Cui petrus ap
parens dixit. Depꝛecatꝰ ſum ꝓ te dominū
⁊ oīa peccata tua dimiſit. Solummodo de
manuū ipoſitione debes ingri. i. ſi bn̄: ſine ali
ter alicui manus ipoſueris exigeris. Obijt
circa annū domini. 460. ¶ De nomine.

Etrus trinominus extitit. Uocatꝰ
ē enim Simon bariona. Simō iter
pretat̃ obediēs vel ponēs triſticiā.
bariona filiꝰ colūbe. Bar. lingua ſyria filius
iona hebꝛaice colūba. Fuit. n. obediēs quā
do xp̄s eū vocauit: qa ad vniꝰ iuſſionis vo
cē dn̄o obediuit. Ponens triſtitiam qn̄ xp̄m
negauit quia egreſſus foꝛas fleuit amare.
Filiꝰ colūbe: qꝛ deo ſimplici itētiōe ſeruiuit
Secundo vocatus eſt cephas qꝺ iterp̄tat̃
caput. vel petra: vel icrepans oꝛe. Caput
ratione pꝛīcipatꝰ in relatione. Petra ratiōe
firmitatis i ꝑaſſione. Increpās oꝛe ratione
ꝯſtātie i p̄dicatiōe. Tertio vocatꝰ ē petrꝰ qꝺ
iterp̄tat̃ agnoſcēs: vl̃ diſcalciās: vl̃ diſſol
uēs agnſcēs qꝛ chꝛiſti diuinitatē agnuit cū di
xit. Tu es chꝛiſtus filiꝰ dei viui. Diſcalcians
qa pedes affectuū ſuoꝝ ab oī ope moꝛtuo ⁊
terreno diſcalciauit cū dixit Ecce nos relīq
mus oīa: ⁊c̄. Et vīcula peccatoꝝ a nobis diſ
ſoluit: ⁊ hoc ꝑ claues quas a dn̄o accepit. ha
buit āt triplex cognomē. Dictꝰ ē. n. ſimon io
ana: qꝺ iterpꝛetat̃ dn̄i pulchꝛitudo. Secun
do ſimō ioānis quod iterp̄tat̃ cui donatū ē
Tertio ſimō bariona qꝺ iterp̄tat̃ filiꝰ colū
be. per qꝺ dat̃ itelligi ꝙ ip̄e habuit pulchꝛi
tudinē moꝝ: dona v̄tutū: abūdantiā lachꝛy
maꝝ: qꝛ colūba habet gemitū ꝓ cātu. Iſtud
āt nomē petrꝰ Ieſus ꝑ ſibi iponendū ꝓmiſit
cū dixit. Io. i. Tu vocaberis cephas qꝺ iter
p̄tat̃ petrꝰ. 2º. ꝓmiſſū ipoſuit ſic dr̄ Mar. 3º.
ipoſuit ſimoni nomē petrꝰ. 3º. ipoſitū ꝯfirma
uit cū dixit Mat. 16º. ⁊ ego dico tibi qꝛ tu es
petrꝰ ⁊ ſup hanc petrā. ⁊c̄. Eius martyrium
Marcellꝰ: linꝰ papa: Egeſippꝰ ⁊ leo papa
ſcripſerūt. ¶ De ſancto petro apoſtolo.

Etrus apoſtolus iter ceteros
⁊ ſupra ceteros apo
ſtolos maioris feruoꝛis extitit. Nā
⁊ ſcire domini ꝓditoꝛē voluit: qa vt dic̃ Au
guſtinꝰ ſi eū ſciuiſſet dentibus diſcerpſiſſet
Et ob hoc dominꝰ ꝓditoꝛē ſuū noīare nole
bat: qꝛ vt ait Chꝛyſoꝰ: ſi ip̄m noīaſſet petrus
cōtinuo ſurrexiſſet: ⁊ ip̄m ꝓtinꝰ trucidaſſet.
Hic ſup mare ad dn̄m ābulauit. In dn̄i trāſ
figuratione, ⁊ puelle ſuſcitatione a deo ele
ctus fuit. Staterē in oꝛe piſcis inuenit. Cla
ues regni celoꝝ a dn̄o accepit. Paſcendas
oues a xp̄o ſuſcepit: tria milia hoīuꝫ i pēthe
coſte ſua p̄dicatiōe ꝯuertit. Ananie ⁊ ſaphi
re moꝛtē p̄dixit. Eneā paliticū curauit. Coꝛ
neliū baptizauit: Tabitā ſuſcitauit. ūbꝛa ſui
coꝛpis ifirmos ſanauit: ⁊ ab herode icarcera
tur: ſꝫ ab angelo liberat̃. Qualis aūt eiꝰ ci
bus vel idumētū fuerit: ipſe h̄ i liº. Clemētis
teſtat̃. Panis igt ſolus mihi cū oliuis ⁊ raro
cū oleribꝰ i vſu ē. Indumētū aūt h̄ē mihi qꝺ
vides: tunica cū pallio: ⁊ h̄bn̄s nihil aliud re
quiro. Fert̃ quoq; qꝛ i ſinu ſēp ſudariū poꝛ
tabat: quo crebꝛo fluētes lachꝛymas terge
bat: quia quando dulcis allocutiōis ⁊ peni
tētie dn̄i memoꝛ erat: pꝛe nimia amoꝛis dul
cedine lachꝛymas cōtinere nō poterat. Qn̄
etiā culpa negatiōis ad memoꝛiam reduce
bat: vberrimas lachꝛymas emittebat. vnde
adeo i cōſuetudine habuit flere: vt eius fa
cies tota aduſta lachꝛymis videret̃ ſic dicit
Clemēs. Idē etiā dic̃ ꝙ audito i nocte galli
cātu ad oꝛonē ſurgere ꝯſueuerat: tūc ſtr̄ ad
fletū ꝓrūpere cōſueuit. Refert quoq; cle
mēs ſꝫ ꝙ i eccleſiaſtica hiſtoꝛia iuenit̃: ꝙ cū
vxoꝛ petri ad paſſionē duceret̃: petrꝰ igen
ti gaudio exultauit: ac eā ꝓꝓo vocās noīe pꝰ
eā clamauit. O cōiunx memēto dn̄i. ¶ Qua
dā vice dū petrꝰ apl̄s duos de diſcipulis ſu
is miſiſſꝫ ad pꝛedicādū: dū viginti dietas iuiſ
ſent: vnus illoꝝ defūctꝰ ē: alter v̄o ad petrū
redijt: ⁊ qꝺ acciderat nūciauit. Hic dr̄ fuiſſe
btūs Martialis: vel ſcd̄m quoſdā beatus
maternꝰ. Alibi legit̃ ꝙ p̄mꝰ fuit btūs Frōto
ſociꝰ q defūctꝰ ē fuit pꝛeſbyter Gregoꝛius.
Tūc petrꝰ ſuū baculū ſibi tradidit p̄cipiēs
vt ad ſociū pergeret: ⁊ eū ſup illū poneret.
Qꝺ cū feciſſꝫ: ille q iā ꝑ quadragita dies ia
cebat moꝛtuꝰ: ꝓtinꝰ ſurrexit viuꝰ. Eo tēpo
re erat i hieruſalē quidā magꝰ noīe Symō:
q ſe pꝛimā veritatē dicebat: ⁊ ſibi credentes
ꝑpetuos effici aſſerebat: ⁊ nulla ſibi ipoſſibi
lia dicebat. Legit̃ etiā i liº. Clemētis ip̄m di
xiſſe. Adoꝛaboꝛ vt deꝰ: publice diuinis do
naboꝛ honoꝛibus: ⁊ qcqd voluero facere po
tero. Aliquādo cū mr̄ mea Rachel iuberet
me exire ad cāpū vt meterem: ego falcem vi
dēs poſitā p̄cepi falci vt ꝑ ſe meteret: ⁊ meſ
ſuit decuplo amplius ceteris. Addidit qꝫ
ſcdm ꝙ dicit hieronymus. Ego ſū ſermo dei
ego ſpecioſus: ego paraclitus ego op̄s: ego
oīa dei. Serpētes quoq; eneos faciebat ſe
mouē: ſtatuas eneas ⁊ lapides ridere: ⁊ ca
nes cantare. Hic igit̃ vt linus ait: volēs di
ſputare cū petro ⁊ oſtēdere ꝙ deꝰ eſſet ſta
tuta die venit ad locum certaminis petrus:
⁊ aſtantibus petrus dixit. Pax vobis frēs
q veritatem amatis. cui Simō. Nos tua pa
ce opus non habemus. Si enim pax ſit ⁊ cō
coꝛdia ad iueniēdam veritatem in nihil pꝛo
ficere poterimus. Habent enim inter ſe pa
cem latrones pꝛopter quod noli vocare pa
cē: ſed pugnam. Duobus enim dimicantibꝰ
tūc erit pax cū alter fuerit ſuperatꝰ. Et pe
trus. Cur times audire pacē? Ex peccatis
enim bella naſcuntur: vbi autem peccatū
non fit pax eſt. In diſputatione veritas: in
operibus iuſticia inuenitur ⁊ ſimon. Nihil
dicis: ſed ego oſtendam mox deitatis mee
potentiam: vt repente adoꝛes me. Ego ſum
pꝛima veritas: ⁊ poſſū volare ꝑ aera: nouas
arboꝛes facere: lapides in panē mutare: in
igne ſine leſione durare: ⁊ oīa que volo poſ
ſum facere. Contra hunc igitur petrus di
ſputabat: ⁊ omnia eiꝰ maleficia detegebat.
Tūc ſimō videns qꝛ petro nō poſſet reſiſte
re: oēs libꝛos ſue magice artis ne foꝛte ma
gus pꝛoderet̃ i mare ꝓiecit: ⁊ romam vt ibi
deus haberetur perrexit. Quod vbi petrus
comperit: ipſum inſequitur: ⁊ romam vſq;
pꝛoficiſcitur. Quarto ergo anno claudij
imperatoꝛis petrus romam applicuit ⁊ ibi
annis vigintiquinq; ſedit. Et duos epiſco
pos linum ⁊ cletum ſibi coadiutoꝛes: vt ait
ioannes beleth: vnum extra muros vrbis:
alium intra muros oꝛdinauit. Pꝛedicationi
autem inſiſtens multos ad fidem conuerte
bat: ⁊ infirmos q̄plures curabat: ſed in pꝛe
dicatione ſua ſemper laudans ⁊ pꝛeferens
caſtitatem quatuoꝛ concubinas Agrippe
pꝛefecti adeo conuertit: ꝙ ad pꝛefectū re
dire vlterius recuſarūt. Unde iratꝰ p̄fectꝰ
aduerſus petꝝ occaſionē q̄rebat. Poſt hoc
apparuit dn̄s petro dicens. Simon ⁊ nero

contra te cogitāt: ſed ne timeas qꝛ tecū ſuꝫ
ꝛ eruā te: ꝛ dabo tibi ſerui mei pauli ſolatiū
qui cras romā īgredietur. Sciēs igitur Pe
trus vt āit linꝰ: quia velox eēt depoſitio ta
bernaculi ſui in cōuētu fratrū poſitꝰ manū
clemētis apprehendit: ꝛ eū i epiſcopū ordi/
nauit: ꝛ in cathedra loco ſui ſedere coegit.
Poſt hoc Paulus: ſicut dominꝰ ꝑdixerat:
romā venit: ꝛ cum petro xp̄m ꝑdicare cepit.
Simō āt magus intātū a Nerone amabat̄
ꝙ vite eius ꝛ ſalutis ꝛ totiꝰ ciuitatis cuſtos
ſine dubio putabat̄. Quadā āt die ſicut di/
cit leo papa. dū ante Neronē aſtaret eiꝰ effi
gies ſubito mutabatur: ꝛ modo ſenior modo
adoleſcētior videbat̄. Qđ cū videret nero
verum hūc eē filiū dei exiſtimabat. Dixitq̄ꝫ
Simō magꝰ neroni: ſicut idē refert. Ut ſciaſ
optime īpator me dei filiū ee: iube me decol
lari: ꝛ tertia die reſurgā. Precepit igit̄ nero
carnifici vt eū decollare ꝯberet. Qui cū pu
taret decollare Simonē decollauit arieteꝫ
Simō āt arte magica illeſus euaſit: ꝛ arie/
tis mēbra colligēs ea abſcōdit ꝛ tribꝰ diebꝰ
ſe occultauit. Sanguis āt arietis ibidē con/
gelatꝰ remāſit. Die āt tertio oñdit ſe Nero/
ni dicē. Fac ſanguinē meū q effuſus ē exter
gi: qꝛ ecce ego q decollatꝰ fuerā ſicut ꝓmiſi
die tertia reſurrexi. Quē nero vidēs obſtu/
puit ꝛ ipſū vere dei filiū eē putauit. Hec leo
Aliquando ēt cū i conclaui cū nerone eſſet
demō in eiꝰ ſpecie populo loquebat̄. Deni/
q̄ꝫ romani i tāta veneratione eū habuerūt:
ꝙ eidē imaginē fecerūt: ꝛ hunc tituluꝫ ſub/
ſcripſerūt. Simoni deo ſacto. Petrꝰ aūt ꝛ
paulus: vt leo teſtat̄: ad neronē itroierūt: et
oīa eiꝰ maleficia detegebant. Addidit quo/
q̄ꝫ Petrus ꝙ ſicut in xp̄o ſūt due ſubſtātie
.ſ. dei ꝛ hoīs: ſic ꝛ in iſto mago ſunt due ſub/
ſtantie .ſ. hoīs ꝛ diaboli. Dixitq̄ꝫ Simō: vt te
ſtāt̄ ſanctꝰ marcellus ꝛ leo. Ne diutiꝰ hūc
patiar inimicū ꝑcipiā angelis meis vt vindi
cent me de iſto. Cui Petrꝰ. Angelos tuos ñ
timeo: ſed ipi me timēt. Nero dixit. Non ti/
mes ſimonē q diuinitatē ſuā rebꝰ affirmat?
Cui petrus. Si diuinitas ē i ipo dicat nunc
mihi qd cogito: vel quid facio: quā cogitati
onē meā ꝑus auribꝰ tuis inſinuo: vt nō au/
deat mētiri. Nero dixit. Accede huc: ꝛ dic
mihi qd cogitas. Petrus aūt accedēs ſecre
to dixit. Jube mihi panē ordeaceū afferri ꝛ
occulte dari. Qui cū allatꝰ fuiſſet ꝛ petrꝰ eū
benedixiſſet ꝛ ſub manica abſcondiſſet di/
xit. Dicat mihi Simō q ſe deū fecit quid ſit
cogitatū: quid dictū: ꝛ qd factū. Rñdit Si/
mon. Petrus magis dicat qd cogitē ego. Di
xitq̄ꝫ Petrꝰ. Quid cogitet ſimō me ſcire do
cebo: dū qđ cogitauerit fecero. Tunc ſimō
indignatꝰ clamauit. ꝓcedāt canes magni ꝛ
deuorent eū. Et ſubito canes maximi appa
ruerūt: ꝛ in Petrū ipetū fecerūt. Ille vero
panē benedictū obtulit: ꝛ ſubito ipſos in fu/
gā cōuertit. Tūc dixit ad neronem petrus.
Ecce oñdi me noſce qd ꝯ me cogitauerat ſi/
mō non verbis ſed factis. Nā qui ꝓmiſerat
ꝯ me angelos venturos exhibuit canes: vt
oñdat ſe diuinos angelos nō habere: ſed ca
ninos. Dixitq̄ꝫ Simō. Audite petre ꝛ paule
Si hic vobis nihil poſſū facere veniemus
vbi oportet me vos iudicare. Ego autē mō
vobis parco. Hec leo. Tūc ſimō vt ait Ege
ſippus ꝛ linꝰ i ſuperbiā elatꝰ auſus ē ſe iacta
re ꝙ poſſet mortuos ſuſcitare. Et accidit vt
quidā iuuenis moreret̄. Uocatis ergo Pe/
tro ꝛ ſimone hāc oēs de voluntate ſimonis
ſentētiā firmauerūt: vt ille occideret̄ q mor
tuuꝫ ſuſcitare nō poſſet. Simō igit̄ dum ſu/
per mortuū ſuas incātatiōes faceret viſus
ē a circūſtātibus caput agitare defunctus.
Tunc oēs exclamātes Petrū lapidare vo
lebāt. Petrus āt vix iperato ſilentio dixit.
Si viuit defūctꝰ ſurgat: ambulet ꝛ loquat̄
alioquin ſciatis fātaſma eſſe qꝛ caput mor
tui cōmouet̄. Separetur ſimon a lectulo vt
plene figmēta diaboli denudēt̄. Separat̄
igitur ſimō a lectulo: ꝛ puer imobilis remā/
ſit. Petrꝰ āt a lōge ſtās: orōne facta excla/
mauit dicēs. Adoleſcēs i noīe ieſu xp̄i naza/
reni crucifixi ſurge. Et ſtatī viuus ſurrexit
ꝛ ambulauit. Cū āt populus vellet Simo/
nē lapidare. ait petrus. Satis ē illi ad penā
ꝙ ſe in ſuiſ artibus agnoſcit ſupatū. Magr̄
āt nr̄ nos docuit: vt ꝓ malis bona reddamꝰ.
dixit āt ſimō. Scitote vos petre ꝛ paule: nō
vobis cōtigit qđ cupitis: vt martyrio vos di
gner coronare. Qui rñderūt. Adueñiat nob
qđ cupimus: tibi aūt nūq̄ꝫ bn̄ ſit. Quecūq̄ꝫ
loqueris mētiris. Tūc ſimō: vt ait ſcūs mar
cellus iuit ad domū marcelli diſcipuli eiꝰ: li
gauitq̄ꝫ maximū canem ad oſtiū eiꝰ domus
dicēs. Nūc videbo ſi petrus q ad te venire
cōſueuit īgredi poterit. Poſt paululū venit
petrꝰ: ꝛ ſcō ſigno crucis caneꝫ ſoluit. Canis
aūt oībꝰ alijs blādus ſolū ſimonē pſeq̄bat̄.
Qui apphēdēs eū ad terrā ſubtꝰ ſe deiecit:
ꝛ eū ſtrāgulare volebat. Accurrēs aūt pe/
trus cani clamauit ne ei nocēt: ꝛ canis qdeꝫ
corpꝰ eiꝰ nō leſit: ſꝫ veſtes adeo lacerauit vt
ille nudꝰ penitꝰ remaneret. Populꝰ aūt eiꝰ
ꝛ maxime pueri ſil' cū cane tādiu poſt eū cu/
currerūt: donec illū q̄ſi lupū de ciuitate fu/
garēt. Cuiꝰ opprobrij pudorē nō ferēs ꝑ an/
nū nuſq̄ꝫ cōparuit. Marcellꝰ aūt h̄ miracl'a
vidēs deinceps petro adheſit. Poſtea aūt
ſimō rediēs itex i neronis amicitiā ē receptꝰ
Simon igit̄ vt refert leo populū cōuocauit
ꝛ ſe a galileis grauit̄ offēſū ꝓhibuit: ꝛ iđ vrbē
quā tueri ſolebat ſe deſerē velle dixit: ꝛ diē
ſtatuere q̄ i celū deberet aſcēdere: qꝛ nō di/
gnabat̄ i t'ris amplius hitare. Statuto igit̄
die turrē excelſā: vel ſm̄ linū capitoliū con
ſcēdit: ꝛ inde ſe deijciens coronatꝰ lauro vo
lare cepit. Dixit aūt paulus ad petrū. Me/
um ē orare: ꝛ tuū ē īpare. Dixitq̄ꝫ nero. Ue/
rax ē h̄ hō: vos aūt ſeductores eſtis. Petrꝰ
aūt dixit ad paulū. Paule erige caput ꝛ vi/
de. Cūq̄ꝫ eleuaſſet caput ꝛ vidiſſet ſimoneꝫ
volātē dixit ad petrū. petre qd ceſſas? ꝑfice
qđ cepiſti iam. n. vocat nos dñs. tūc petrꝰ ait
Adiuro vos āgeli ſathane q eū i aera fertis
ꝑ dñꝫ nr̄m ieſū xp̄m: vt ipm āpliꝰ nō feratis
ſꝫ corruere dimittatis. Et cōtinuo dimiſſus
corruit: ꝛ cōfractis ceruicibꝰ expirauit. Au/
diēs h̄ nero talē vix ſe ꝑdidiſſe doluit. dixit
q̄ꝫ aplis. Suſpecto aio me feciſtis: ꝓpterea
malo exēplo vos ꝑdā. h̄ leo. Deditq̄ꝫ eos in
manu paulini viri clariſſimi: ꝛ paulinꝰ tradi
dit eos i cuſtodia mamertini: ſub cura mili
tum proceſſi ꝛ martiniani quos tamen mili
tes petrus ad fidē cōuertit: vñ carcerē ape
ruerūt: ꝛ eos liberos dimiſerūt. Quapp pau
linus poſt paſſionē apoſtolox ꝓceſſū ꝛ mar
tinianū acceſſiuit. Et cōpto ꝙ xp̄iani eſſent
capite ceſi ſunt. Rogabāt ergo fratres pe/
trū vt inde diſcederet: ꝛ cū diſcedere nollet
tandē victꝰ ꝑcibꝰ abſceſſit. ꝛ cū veniſſet ad
portā vt leo ꝛ linꝰ teſtant̄: ad locū vbi nunc
dr̄ ſācta maria ad paſſus: vidit xp̄m ſibi oc
currētē. ꝛ ait. Dñe quo vadis? Qui reſpōdit
Uenio romā itex crucifigi. Cui petrꝰ. Dñe
itex crucifigeris? cui dñs. Etiā. petrꝰ ꝟo ait
Ergo dñe reuertar vt tecū crucifigar. His
dictis dñs vidēte petro ꝛ lachrymāte in ce/
lum aſcēdit. Qđ dum de ſua paſſione dictū
itelligeret rediit. Cūq̄ꝫ hoc frībꝰ retuliſſet a
miniſtris neronis capitur: ꝛ ꝑfecto agrippe
ꝑñtat̄. Factaq̄ꝫ ē eiꝰ facies ſic' ſol: vt ait linꝰ
cui dixit. Tu ne es ille q i plebibꝰ ꝛ mlierCu/
lis quas a thoro virorū ſeparas gloriaris?
Quē apoſtolus icrepās dicebat ſe in cruce
dñi gloriari. Tūc petrꝰ tāq̄ꝫ alienigena iuſ/
ſus ē crucifigi. Paulus ꝟo qꝛ ciuꝭ erat ro/
manꝰ iuſſus ē capite trūcari. De hac aūt ſen
tētia in ipos data dicit Dionyſius i epl'a ad
Thimo. de morte pauli i h̄ ꝟba. O fr̄ mi Ti
mothee. Si vidiſſes agones cōſumationis
ipſorum defeciſſes qdē ꝑ triſtitia ꝛ dolore.
Quis non fleret illa hora qñ ꝑceptū ſētētie
egreſſū in eos ē: vt petrꝰ .ſ. crucifigeret̄: et
Paulus decollaret̄? Uidiſſes tūc turbas
gētiliū ꝛ iudeox ꝑcutiētes eos: ꝛ expuētes i
facies eox. Adueniēte igit̄ terribili tēpore
cōſumatiōis ipſox cū ſepararētur abinuiceꝫ
ligauerūt colūnas mūdi nō vtiq̄ꝫ abſq̄ꝫ fra/
trū gemitu ꝛ ploratu. tūc igt̄ Paulus Pe/
tro. Pax tecū fūdamētū eccleſiarū ꝛ paſtor
ouiū ꝛ agnox xp̄i. Petrꝰ ꝟo ait ad Paulūꝫ
Uade i pace ꝑdicator bonox mox: media/
tor ꝛ dux ſalutis iuſtox. Cū āt elōgaſſet eos
abinuicē ſecutꝰ ſū magiſtx meū. Nō. n. i eodē
loco occiderūt eos. h̄ Diony. Petrꝰ aūt: vt
Leo ꝛ Marcellus teſtant̄: dū veniſſet ad
crucē ait. Qm̄ dñs meꝰ de celo ad terrā de/
ſcendit: recta cruce ſublimatꝰ ē. Me āt quē
de terra ad celū vocare dignat̄: crux mea
caput meū i terrā debet oñdere: ꝛ pedes ad
celū dirigere. Ergo qꝛ nō ſū dignꝰ ita i cru/
ce eē: vt dñs meꝰ: crucē meā girate: ꝛ capi/
te demiſſo me crucifigite. Tūc illi crucē ꝟte

rũt: ⁊ pedes ſurſũ: manꝰ autẽ deorſũ fixe
rũt. Tunc populus furore repletꝰ volebat
nerone ⁊ ꝑfectũ occidere: ⁊ apoſtolũ libera
re: ꝗ eos rogauit: ne paſſionẽ ſuã ĩpedire de
berent. Dñs aũt vt ait Egeſippꝰ ⁊ linus ape
ruit oculos eoꝝ q ibi flebãt et viderũt ãge
los ſtãtes cũ coronis de florıbꝰ roſaꝝ et
lilioꝝ: et petrũ ĩ cruce ſtãtẽ cũ eis et librum
a xp̃o accipiẽtẽ et ea verba q̃ loq̃batur ibi
legentẽ. Tũc Petrus vt teſtatur idẽ Ege
ſippus de cruce dicere cepit. Te dñe imi
tari optaui: ſed rectus crucifigi nõ vſurpa
ui. Tu ſemper rectus: excelſus ⁊ altus: nos
p̃mi hoĩs filij q caput ſuũ demerſit ĩ terrã:
cuiꝰ lapſũ ſignificat ſpecies generatiõis hu
mane. Sic. n. naſcimur vt ꝓni ĩ terrã videa
mur effũdi. mutata quoq; cõditio ẽ vt ħ pu
tet mundus dextrũ qđ cõſtat eẽ ſiniſtꝝ. Tu
dñe mihi oĩa es totũ qđ es: tu mihi totũ ⁊ ni
hil aliđ niſi tu ſolus. Grãs tibi ago ſpũ toto
q̃ viuo: quo te ĩtelligo: quo ĩterpello vbi alie
due rõnes tã gũt: q̃re rectus noluit crucifi
gi. Uidẽſq; petrus ꝙ fideles gloriã ſuam vi
diſſent grãs agẽs: fideles đo cõmẽdãs ſpm̃
emiſit. Tũc Marcellus ⁊ apuleus frẽs di
ſcipuli eius eum de cruce depoſuerunt: ⁊ di
uerſis condientes aromatıbꝰ ſepelierunt.
Iſidorus in libro de ortu ⁊ obitu ſanctorum
ſic ait. Petrus poſtq; anthiocenam funda
uit eccleſiam ſub claudio Ceſare contra ſi
monem magnum romam pergit: ibiq; predi
cans euangeliũ. 25. annis eiuſdẽ vrbis pon
tificatũ tenuit. Trigeſimo ãt ſexto anno a
paſſione dñi. a Nerone deorſũ: vt ipſe vo
luit crucifixus. ħ Iſidorus. In ipſo aũt die
Petrꝰ ⁊ paulus Dionyſio apparuerũt ſecũ
dũ ꝙ ipſe ait ĩ p̃dicta epiſtola in hec verba.
Attẽde miraculũ vide ꝓdigiũ frĩ mi thimo
thee diei victimationis ipſoꝝ. Nã p̃ſto fui
in tẽpore ſeparationis ipſoꝝ. Poſt mortem
ãt illoꝝ vidi eos ĩuicẽ manu ad manũ ĩtran
tes portas vrbis ⁊ indutos veſte luminis et
coronis claritatis ⁊ lucis ornatos. ħ Diony.
Nero ãt ĩpunitus nõ exiuit: ſup ħ ſcelere ⁊
alijs que cõmiſit. nã manu ꝓpria ſe peremit
Quoꝝ ſceleꝝ ħ aliq̃ breuiter ĩſeramꝰ cum
Seneca magr̃ ſuus: vt in quadã hiſtoria li
cet apochripha legĩ: cõdignã mercedem la
boris ſui ſperaret: iuſſit Nero ipſũ eligere
in cuiꝰ arboris ramo ſuſpendiũ affectaret
dicẽs: ꝙ hoc p̃miũ laboris ſui ab eo receptu
rus eẽt. Cũ ãt ſeneca requireret vñ ħ mortis
ſuppliciũ meruiſſꝫ acutũ gladiũ ſuper eius
verticẽ crebro vibrari fecit. Seneca ãt nu
tu capitis minanti gladio cedebat: vehem̃
ter timẽs periclitari mortis ꝑiculo. Cui Ne
ro ait. Magr̃ vt qđ nutu capitis minãti gla
dio cedis? cui Seneca r̃ndit. Nõ ſũ ⁊ iõ mor
tẽ vereor: ⁊ inuitꝰ morior. Cui nero ait. Sic
ego adhuc te metuo vt puer metuere cõſue
ui. Quare te viuente quiete nõ potero vi
uere. Dixitq; ſeneca. Si me mori neceſſe eſt
ſaltẽ mihi cõcede vt qđ voluero eligã genꝰ
mortis. Cui nero. Feſtinꝰ eligas: tãtũ mori
ne differas. Tũc Seneca balneo ĩ aqua fa
cto in vtroq; brachio ſibi minui fecit: ⁊ ſic ni
mio ſanguinis fluxu ibidẽ vitã finiuit: ⁊ ſic
quodã preſagio Seneca nomẽ habuit: q̃ſi
ſe necans q̃ quodãmodo licet coactꝰ manu
ꝓpria ſe necauit. Hic ſeneca duos frẽs ha
buiſſe legiĩ. Unꝰ fuit iuliꝰ gallio đclamator
egregiꝰ: q manu ꝓpria ſe ꝑemit. Alius mela
pater Lucani poete. Qui lucanꝰ iuſſu ne
ronis ĩciſione venaꝝ obiſſe legiĩ. Ruſus
nero nefaria mẽtis veſania ductꝰ: vt ĩ eadẽ
hiſtoria apochrifa reperiĩ matrem occidi ⁊
ſcindi iuſſit vt videret qualiter ĩ eius vtero
fouebaĩ. Phyci vero eũ de matris ꝑditio
ne arguẽtes dicebãt. Iura negãt ⁊ fas pro
hibet: vt filiꝰ matrẽ necet: q̃ ipſum cũ tanto
dolore peperit: ⁊ tanta ſollicitudine enutri
uit. Quibus nero. Faciatis me puero imp̃
gnari: poſtea parere vt q̃tus dolor matri
mee fuerit poſſim ſcire. Hanc inſuper vo
luntatem pariendi conceperat eo ꝙ per
vrbẽ trãſiens quãdã mulierẽ pariẽtẽ voci
ferãtẽ audierat. Dicũt ei. Nõ ẽ poſſibile qđ
nature cõtrariũ eſt. nec eſt ſcibile qđ rationi
nõ ẽ cõſentaneũ. dixit ergo eis nero. Niſi me
feceritis imp̃gnari ⁊ parere: oẽs vos faciã
crudeli morte interire. Tunc illi enim impo
tionantes ranã ſibi oculte ad bibẽdũ dede
runt ⁊ eam artificio ſuo in eius vẽtre excre
ſcere fecerunt. Et ſubito venter eiꝰ nature
contraria non ſuſtinens intumuit ita vt ne
ro ſe puero grauidũ exiſtimaret: faciebãtq;
ſibi ſuare dietã q̃lẽ nutriẽde rane nouerãt
cõuẽire dicẽtes ꝙ ꝑ cõceptũ talia eũ ſuare
oporteret. tãdẽ nimio dolore vexatus me
dicis ait. Accelerate tp̃s ꝑtus: q̃ languore
pariẽdi vix anhelitũ hẽo reſpirãdi. Tũc ipꝫ
ad vomitũ ĩpotionauerũt: ⁊ ranã viſu terri
bilẽ humoribꝰ ĩfectã ⁊ ſãguine edidit cruen
tatã. Reſpiciẽſq; nero partũ ſuũ ipꝫ abhor
ruit: ⁊ mirabaĩ adeo mõſtruoſũ. Dixerũt ãt
ꝙ tam deformẽ fetũ ꝓtulerit: ex eo ꝙ tp̃s
partus noluerit expectare: ⁊ ait. Fuit ne ta
lis de mr̃is egreſſus latibulis? ⁊ illi. Etiam.
Precepit ꝗ vt fetus ſuꝰ aleretĩ: ⁊ teſtudini la
pidũ ſeruãdus ĩcluderetĩ. Hec aũt ĩ chroni
cis leguntĩ: ſꝫ apochripha ſũt. Deĩde miratꝰ
q̃lis ⁊ quãta fuerit ſuccẽſio troie romã ꝑ ſe
ptẽ dies ⁊ noctes ſuccẽdi fecit. Qđ ex altiſ
ſima turri ꝓſpectãs: ĩctatuſq; flãme pl'chri
tudine turgido hitu heliadã đcãtabat. Hic
ſic hr̃ ĩ chronicis: retibꝰ aureis piſcabaĩ: can
tibus ĩtẽdebat: ita vt oẽs citharĩſtas ⁊ tragi
cos ſuparet. virũ ĩ vxorẽ duxit. Ipſe a viro
vt vxor acceptꝰ ẽ: vt ait oroſiꝰ. Romani ꝟo
eius veſaniã vlterius nõ ferẽtes: ĩ eũ ĩpetũ
fecerũt: ⁊ vſq; extra ciuitatem ꝑſecuti ſũt.
Qui vidẽs ꝙ euadere nõ poſſet fuſtẽ dẽtiũ
morſibꝰ exacuit: ⁊ ſe ꝑ mediũ palo trãſfixit:
⁊ tali morte vitã finiuit. Alibi tñ legiĩ ꝙ a lu
pis deuoratꝰ ſit. Redeũtes romani ranã in
teſtudie latitãtẽ ĩuenerĩ ⁊ ipãꝫ extra ciuitatẽ
ꝓijciẽtes cõbuſſerũt. Unñ ⁊ pars illa ciuitatis
vt aliq dñt vbi latuerat rana laterañ. nomẽ
accepit. ¶ Tp̃e ſci cornelij pape greci fide
les ap̃loꝝ corpora furati eadẽ aſportabant
Sꝫ demones ĩ idolis hitãtes diuina coacti
ꝟtute clamabãt. Uiri romani ſuccurrite: q̃
dij vr̃i auferũĩ. Quapropter fidelibus ĩtel
ligẽtibus đ ap̃lis: gẽtilibꝰ ꝟo de ſuis dijs. mlĩ
titudo adunata fideliũ ⁊ ĩfideliũ ꝑſeq̃ĩ. Unñ
greci timẽtes apud catacũbas ap̃loꝝ corp̃a
ĩ puteũ ꝓiecerũt: ſꝫ a fidelibꝰ ĩde poſtmodũ
ſũt extracta. Grego. tñ ĩ regiſtro dic. ꝙ tã
ta eos vis tonitrui atq; fulguris terruit ac
diſp̃ſit: vt ea apud cathacũbas dimitterẽt:
ſꝫ cũ dubitarẽt q̃ oſſa eẽnt bĩ petri: ⁊ q̃ bea
ti pauli: orãtibꝰ fidelibꝰ ⁊ ieiunijs ĩſiſtẽtibus
de celo eis r̃nſũ ẽ. Maiora oſſa ſũt predica
toris: minora ꝟo piſcatoris. Et ſic oſſa ſe ab
ĩuicẽ ſepauerũt: ⁊ ĩ ſuis eccl'ijs q̃s q̃libet edi
ficauerant poſuerũt. Alij ꝟo dñt ꝙ ſiluẽſter
papa volens eccleſias conſecrare tam ma
gna q̃ parua in lance ſumma reuerentia
ponderauit: ⁊ medietatem in vna eccleſia
medietatẽ ĩ alia collocauit. Refert Gregꝰ.
ĩ dialogo: ꝙ ĩ eccleſia. ſ. petri vbi corpꝰ eius
requieſcit vir qdã erat agõtius noĩe magne
humilitatis ⁊ ſc̃itatis exiſtẽs. Cũ ꝟo q̃dã pu
ella paralitica ĩ eiꝰ eccleſia ꝑmanẽs manibꝰ
reperet ⁊ diſſolutis renibus corpus ꝑ terrã
traheret: diuq; a btõ petro ſanitatẽ peteret.
ei ꝑ viſionẽ aſtitit dicẽs. Uade ad agõtium
manſionariũ: ⁊ ip̃e te ſaluti reſtituet. Cepit
igiĩ illa ꝑ eccleſie loca ſe huc atq; illuc trahe
re: ⁊ q̃s eẽt agõtiꝰ ĩueſtigare: cui repẽte ob
uiã ip̃e fcũs ẽ: quẽ querebat: eiq; dixit. Pa
ſtor ⁊ nutritor nr̃ btũs petrꝰ apoſtolus ad te
me miſit: vt ab ĩfirmitate mea me liberes.
Cui ille reſpõdit. Si ab ip̃o miſſa es ſurge.
Apprehenſaq; eiꝰ manu ipſaꝫ leuauit. Illa
q; nullo languoris veſtigio remanente ple
ne ſanata fuit. In eodeꝫ quoq; liꝰ ait Greg.
ꝙ galla vrbis rome nobiliſſima puella ſima
chi cõſulis ac patricij filia marito tradita in
vnius anni ſpacio eius eſt morte viduata.
Quam dũ ad iterãdũ thalamũ etas ⁊ opes
vocarẽt: elegit magis ſpũalibus nuptijs co
pulari deo: ĩ qbꝰ a luctu ĩcipiĩ ſed ad eterna
gaudia ꝑuenĩĩ: q̃ carnalibꝰ nuptijs ſubijci:
que a letitia ſemper incipiunt: ⁊ ad fineꝫ cũ
luctu tendũt. Huic autem cum valde ignea
conſperſio corporis ineſſet ceperunt medi
ci dicere. Qu a niſi ad amplexus viri redi
ret calore nimio contra naturam barbaꝫ ha
bitura eſſet: qđ ita poſtea factuꝫ eſt. Sed il
la nihil exterius đformitatis timuit: que in
teriorem ſpeciem amauit: nec verita eſt ſi ħ
in ea fedaretur quod a celeſti ſponſo non
amaretur. Abiecto igitur ſeculari habitu
apud eccleſiam ſancti petri monaſterio ſe
dedit ibiq; multis annis in ſimplicitate ora
tionibus ⁊ elemoſynis deo ſeruiuit. Tandẽ
cancri vlcere ĩ mamilla ꝑcuſſa dũ ante eius

lectū duo cādelabra ſemꝑ lucerēt: qꝛ velut
amica lucis nō ſolū ſpūales: ſꝫ etiā corpora/
les tenebras odio habebat. Uidit būn petꝝ
apoſtolū inꝰ ipa duo cādelabra ante eius le
ctulū cōſtitiſſe. Qui ex amore ſumēs auda/
ciā exſtauit ꝛ dixit. Quid ē dñe meꝰ: dimiſ/
ſa ſunt mihi pccā mea: cui ille benigniſſimo
vultu iclinato capite annuit dicēs. Dimiſſa.
veni: ꝛ illa. Rogo vt ſoror bñdicta vēiat me
cū. ꝛ ille. Nō: ſꝫ talis veniat tecū. Jlla hab/
batiſſe idicās die ītia cū illa ꝺfūcta ē. ¶ Jn
codē iſup li. Gregoriꝰ ait. ꝙ dū pſbyꝛ qdam
magne ſcitatis ad extrema deductꝰ eēt: cuꝫ
magna leticia clamare cepit dicēs. Bñ vēi/
ant dñi mei: bñ veniāt dñi mei. Quid ad tā/
tillū huū vřm dignati eſtis venire: Uenio:
venio: grās ago: grās ago. Cūqꝫ q aſtabant
qbꝰ hec diceret iterrogarēt: ille admirando
reſpōdit. Nūqd cōueiſſe hic ſcōs apoſtolos
petꝝ ꝛ paulū nō videtis: cū ho iteꝝ vt ꝑus
repeterēt: ſcā illa aīa e carne ſoluta ē. ¶ Dubi
taꝰ aūt ab aliqbꝰ vtꝝ eadē die petrꝰ ꝛ paulꝰ
paſſi ſūt. Dixerūt. n. qdā ꝙ ea die reuoluto
āno. ſꝫ hiero. ꝛ oēs fere ſci q de h tractāt ih
cōcordāt: ꝙ ea die ꝛ anno paſſi ſūt: ſicꝰ mani/
feſte etiā habeꝰ ex epiſtola dionyſij: ꝛ ſic diꝰ
leo i quodā ſmōe: vbi ſic ait. Nō. n. ſine cau/
ſa ſcm putamꝰ: ꝙ vna die: i vno loco: vnius
tyrāni tolerauere ſniam. Jn vno die paſſi ſꝰ
vt ad chriſtū pariꝰ ꝑuenirēt. Uno loco ne al
teri roma deeſſet. Sub vno perſecutore vt
equalis crudelitas vtꝝqꝫ cōſtringeret. Di/
es ḡ ꝓ merito: locꝰ aūt ꝓ gloria: ꝑſecutor ꝺ/
cretꝰ ē ꝑ ꝟtute. hec leo. lꝫ āt eadē die ꝛ hora
paſſi ſūt: nō tñ eodē loco: ſꝫ i diuerſis. Et qꝺ
diꝰ leo ꝙ eodē loco paſſi ſunt: h diꝰ ex eo ꝙ
ābo rome paſſi fuerꝰ. de h qdā ſic ꝟſibꝰ dixit
Enſe coronaꝰ paulus: cruce petrꝰ: eodem
Sub duce: luce: loco: dux nero: roma locꝰ.
Jtem aliꝰ. Enſe ſacrat paulū par lux: dux:
vrbs: cruce petrū. Lꝫ aūt eadē die paſſi fu/
erint: ordinauit tñ Greg. vt ipa die ſpālius
fieret quo ad offm ſolēnitas petri: ꝛ i ſeqnti
die cōmemoratio pauli: tū qꝛ ea die fuit de/
dicata eccleſia ſancti petri: tū qꝛ maior ē di
gnitate: tū qꝛ prior conuerſione. tum qꝛ pri/
matum obtinuit Rome. ¶ De nomine.

Aulus interpretaꝰ os tube: vel os
eoꝝ: ſeu electū mirabile. Uel ele/
ctiōis miraculū. Uel paulus a pau
ſa. qꝺ eſt requies. Uel diciꝰ modicus latine.
Per h intelligūꝰ ſex prerogatiue quas ha/
buit. ¶ Prima ē lingua fructuoſa: qꝛ ab illi/
rico vſqꝫ hieruſalem repleuit euāgeliū: ꝛ iō
dꝰ os tube. ¶ Scđa charitas viſceroſa: qꝛ
qs iſirmaꝰ: ꝛ ego nō iſirmor ꝛc. Et ide dꝰ os
eoꝝ: os. ſ. cordis: de quo ipſe dicit. Os nřm
patet ad vos o corinthij cor nřm dilatatū eſt.
¶ Tertia ē ꝯuerſio miraculoſa: ꝛ ide dꝰ ele/
ctū mirabile: qꝛ mirabiliꝰ electꝰ ꝛ cōuerſus
fuit. ¶ Quarta ē manꝰ opoſa: ꝛ ide dꝰ ele/
ctiōis miraculū. Magnū. n. miraculū fuit
qñ elegit ſibi ꝓpis māibꝰ ſūptꝰ acqrere: ꝛ i/
ceſſāꝰ ꝑdicarꝰ. ¶ Quita fuit ꝯtēplatio dlitio
ſa: qꝛ raptꝰ ē vſqꝫ i ītiū celū ꝛ ide fuit dñi re/
qes: qꝛ i ꝯtēplatiōe exigiꝰ reqes mētis. ¶ 6ª
ē hūilitas ꝟtuoſa: ꝛ ide dꝰ modicꝰ. De h āt
noīe paulꝰ tres ſūt opiniones. Orige. vult
ꝙ ſēꝑ fuerit binoīnꝰ: ꝛ vocatꝰ ſit ſēꝑ ſaulus
ꝛ paulus. Rabanus ho vult ꝙ ante dictꝰ
ē ſaulus a ſaule rege ſuꝑbo: ſed poſt cōuer/
ſionē vocatꝰ ē paulꝰ: qſi paruulꝰ a modico ꝛ
hūili ſpū. Uñ ꝛ nomē ſuū iterꝑtādo dicebat
Ego ſū minimꝰ apoſtoloꝝ. ꝛc. Beda autem
vult ꝙ dictꝰ ē paulꝰ a Sergio paulo ꝓcō/
ſule: quē ad fidē cōuertit. Paſſiōeꝫ ſci pau/
li Linꝰ papa ꝯſcripſit. ¶ De. ſ. paulo aplo.

Aulus aplſ poſt ſui cōuerſi/
onē multas ꝑſecutio/
nes paſſus ē. Quas btūs Hilarius
breuiꝰ enumerat dicēs. Paulꝰ apoſtolus i/
philippis virgis ceditꝰ: i carcere poniꝰ: ꝛ li/
gno pedibꝰ affigiꝰ: i liſtris lapidaꝰ: i iconio ꝛ
theſſalonica ab iniqs ꝑſequiꝰ: ꝛ i epheſo fe/
ris daꝰ: i damaſco ꝑ ſportā e muro ꝺponiꝰ.
i hieruſalē ſiſtiꝰ: cediꝰ: ligaꝰ: iſidiatur: i ceſa
rea clauditꝰ: ꝛ criminatur: nauigās i italiaꝫ
periculo dirigitur: romā veniēs ſub nerone
iudicaꝰ: ꝛ occiſus finiꝰ. hec Hilariꝰ. Apoſto
latū iter gētes accepit: quēdā cōtractū in li
ſtris erexit: iuuenem qui de feneſtra cecide
rat et expirauerat ſuſcitauit: et multa alia
miracula fecit. Apud mitilenam inſulaꝫ: vi
pera manum eius inuaſit: ſed nihil eum le/



ſit: qn potius in ignē ipſam excuſſit. Dicitur
quoqꝫ ꝙ oēs q de ꝓgenie illiꝰ hois q paulūꝫ
hoſpitio ſuſcepit naſcūꝰ: a venenoſis vlla/
tenꝰ nō leduꝰ. Uñ cū pueri nati ſūt i cunis
eoꝝ ſerpētes ponūt vt ꝓbēt ſi veri eoꝝ filij
ſūt. Jnueniꝰ aūt aliqñ ꝙ paulꝰ ē minor pe/
tro: quandoqꝫ maior: quandoqꝫ equalis: ſꝫ
reuera minor dignitate: maior predicatiōe:
equalis ſanctitate. Refert haymo ꝙ paulꝰ
a pullorum cantu vſqꝫ ad quintam horaꝫ la
bori manuū iſiſtebat. Deinde ꝑdicationi va/
cabat: ita ꝙ plerūqꝫ vſqꝫ ad noctē ſmonē ꝓ
trahebat. Reſiduum vero temporis cōme
ſtioni ſomno orationi ſatis neceſſariuꝫ erat.
Dum veniſſet vero romam: cuꝫ nero nōdū
eēt i iperiū cōfirmatꝰ: ꝛ etiā audiēs ꝙ de le
ge iudeoꝝ ꝛ fide xpianoꝝ inꝰ paulum ꝛ iu/
deos qō ꝯtebaꝰ: nō multū ide curauit: ꝛ ſic
paulus quo volebat libere ibat: ꝛ libere pre/
dicabat. Hiero. quoqꝫ in liº de viris illuſtri/
bus ait: ꝙ. 25. anno a paſſione domini h eſt
neronis 2º. paulus romam vinctus mittiꝰ:
ꝛ ꝑ biēniuꝫ i libera manens cuſtodia aduer/
ſus iudeos diſputauit: deinde a nerone di/
miſſus euāgeliū i occidētis partibꝰ predica
uit. 14º. ho neronis āno eodē die ꝛ āno q cru
cifixus ē petrus capite trūcaꝰ. hec Hiero.
Eiꝰ aūt ſapiā ꝛ religio vbiqꝫ diuulgabatur.
ꝛ ab omnibus admirabilis habebaꝰ. Mul/
tos etiam de domo ceſaris ſibi in amicitiaꝫ
copulauit: ꝛ eos ad fidem chriſti conuertit.
¶ Quedā ēt ſcripta eiꝰ corā Ceſare recita/
ta ſunt: ꝛ ab oībꝰ mirabiliter cōmēdata. Se
natꝰ ēt de illo alta nō mediocriter ſentiebat
Quadā ho die dū paulus circa veſpas i q/
dā ſolario predicaret: qdā iuuenis noīe pa/
troclus pincerna neronis: ꝛ ſibi admodū di/
lectꝰ: vt paulū ꝑꝑ multitudinē cōmodiꝰ au/
diret feneſtrā aſcēdit: ꝛ paululū ibi dormitā
do decidēs expirauit. Qꝺ audiēs nero plu/
rimū de eius morte doluit: ꝛ ſtatī aliū i eius
officiū ordinauit: Paulus ho ꝑ ſpūꝫ hoc co
gnoſcēs dixit aſtātibꝰ: vt illuc irent ꝛ patro/
clū Ceſaris cariſſimū ad ſe defūctum affer
rēt. Quē allatū paulus ſuſcitauit: ꝛ ad Ce/
ſarē cū ſocijs ſuis miſit. Qui cū de morte eiꝰ
lamētareꝰ: ecce patroclus viuēs adeſſe pre

ſoribus nunciaꝰ. Audiēs nero patroclū vi/
uū quē pauloante nouerat mortuuꝫ pluri/
mū qdē expauit: ꝛ eum ad ſe igredi recuſa/
uit: ſꝫ tandē ꝑſuaſu amicoꝝ introire ꝑmiſit.
Cui nero ait. Patrocle viuis: ꝛ ille. Ceſar
viuo. ꝛ nero. Quis te fecꝰ viuere: ꝛ ille. dñs
ieſus xps oium rex ſeculoꝝ. Iratꝰ vero di/
xit. Ergo ille regnabit in ſecula: ꝛ reſoluet
oia ꝛgna mūdi: cui patroclꝰ. Etiā ceſar. tūc
nero dedit ei alapā dicēs. Ergo militas illi
regi: ꝛ ille. Utiqꝫ milito qꝛ me a mortuis ex/
citauit. Tūc qnqꝫ miniſtri iꝑatoris q ei iugi/
ter aſſiſtebāt dixerūt ei. Cur iperator percu
tis iuuenē prudentē: ꝛ ꝟaciter reſpōdenteꝫ
Nā ꝛ nos illi regi iuictiſſimo militamꝰ. Qꝺ
audiens nero eos recluſit i carcerē: vt nimi
uꝫ torqret quos āte nimis dilexerat. Tunc
omnes xpianos fecit iqri: ꝛ oēs ſine interro
gatione ꝑ tormēta varia puniri. Tūc Pau
lus vinctꝰ inter ceteros añ Neronē adductꝰ
ē. Cui nero. O hō magni regis ſeruus: mi/
hi āt victꝰ: cur milites meos mihi ſubtrahis:
ꝛ tibi recolligis: Cui paulus. Nō ſolū ꝺ tuo
angulo milites collegi: ſed etiā de orbe vni/
uerſo: quibꝰ rex noſter donat talia q nunqꝫ
deficient: ꝛ que oēm excludēt idigentiā lar
gietur. Huic ſi ſubiectus eē volueris ſaluꝰ
eris q tāte extat potētie: vt iudex oiuꝫ veni/
at: ꝛ mūdi huiꝰ figuram per ignē reſoluat:
Hec audiēs nero: ꝛ ira ſuccēſus: qꝛ figuraꝫ
mundi ꝑ ignē paulus dixerat diſſoluendaꝫ:
oēs milites xpi igne iuſſit cremari. Paulū
ho tāqꝫ maieſtatis reū capite trūcari. Tan
ta āt chriſtianoꝝ tūc occiſa ē turba: vt popu
lus romanꝰ palatiū Neronis virtute irrūpe
ret: ꝛ ſeditionē cōtra eū excitare moliēs ꝓ/
clamaret. Pone modū Ceſar: tēpera occiſi
onē vel iuſſionē. Nřates ſūt quos ꝑdis: ro/
manū tueñꝰ imꝑiū. Timēs imperator mu/
tauit edictū vt nullus xpianꝰ tangereꝰ: do/
nec imꝑator de eis plenius iudicaret. Qua/
ꝓpter paulus iteꝝ ē reductꝰ ꝛ aſpectui Ne
ronis oblatꝰ. Quē vt nero vidit vehemen/
tiſſime exclamauit. Tollite maleficū: decol
late impoſtorē: nec ſinite viuere criminatorē,
perdite ſenſuū alienatorē, auferte de ſuꝑfi
cie terre mētiū immutatorē. Ad quē paulus

ait. Nero tẽpore modico patiar: ſed viuam
eternaliter dn̄o ieſu xp̄o. Nero dixit. Aufer
tẽ ab eo caput: vt me rege ſuo fortiorẽ itel-
ligat: qui eum deuicit: ⁊ videam⁹ ſi ſemꝑ vi-
uere valeat. Cui paulus. Ut ſcias me poſt
mortẽ corporis eternaliter viuere: cū̃ mihi
caput abſciſſū̃ fuerit: viuus tibi apparebo:
⁊ tūc cognoſcere poteris: qꝛ xp̄s ẽ deus vi-
te ⁊ mortis. Et his dictis ad locū ſupplicij
ducitur. Qui cum duceretur dixerunt ei tres
milites qui eum ducebant. Dic nobis paule
Quis ẽ ille rex veſter quẽ tantum diligitis
ꝙ pro eo magis mori q̄ȝ viuere eligitis: ⁊ q̄lẽ
inde mercedem habebitis? Tunc Paulus
de regno dei ⁊ pena inferni adeo eis p̄dica
uit: ꝙ eos ad fidẽ cōuertit. Qui cum roga-
rent eum: vt libere abiret quo vellet ait.
Abſit fr̄es vt fugiā. nō. n. ſū̃ profug⁹ ſꝫ miles
xp̄i legitim⁹. Scio. n. ꝙ ꝑ hāc vitā trāſitoriā
ad vitā trāſibo eternā. Mox aūt vt fuero
decollat⁹ viri fideles rapiẽt corpus meum.
Uos āt locū̃ notate ⁊ illuc cras mane veni-
te. inuenietis. n. iuxta ſepulchꝛ meū duos
viros orātes. ſ. Titū̃ ⁊ Lucā. Quib⁹ cū̃ di-
xeritis qua d̄ cauſa vos ad eos miſi ipſi vos
baptizabūt ⁊ regni celeſtis facient cohere-
des. Qd̄ cū̃ loquerẽt: miſit nero duos mili-
tes vt viderẽt ſi adhuc eẽt occiſus. ⁊ cū̃ eos
vellet conuertere: illi dixerūt. Cū̃ mortuus
fueris ⁊ ſurrexeris: tūc credem⁹ his que di
cis. Nunc aūt cito veni quod meruiſti acci-
pe. cūq̄ȝ ad locū̃ paſſiōis ducerẽt i porta ho
ſtiẽſi cuidā matrone noīe plautille diſcipule
Pauli q̄ ſꝫ Diony. alio noīe dicebatẽ Lemo
bia qꝛ forte binomia fuit: obuiā hūit: q̄ flẽs
ſuis orōnib⁹ ſe recōmẽdare cepit. cui paul⁹.
Uale plautilla eterne ſalutis filia cōmoda
mihi velū̃ quo caput tuū̃ tegis: ⁊ ide oculos
meos ligabo: ⁊ poſtmodū̃ tibi reſtituā illud
Qd̄ dū̃ ſibi traderet irridebāt ei carnifices
dicẽtes. Quid ipoſtori iſti ⁊ mago tā p̄cioſū̃
pānū̃ tribuis: vt ipſū̃ amittas? Cū ergo ad
locū̃ paſſionis paulus veniſſet: ad orientem
v̄ſus ⁊ manib⁹ i celū̃ extẽſis: diutiſſime cū̃
lachrymis patria voce orauit: ⁊ gratias egit
Poſt hoc vale faciẽs fratrib⁹: oculos ſibi de
velo plautille ligauit: ⁊ vtrūq̄ȝ genu in terra

figens collum extendit: ⁊ ſic decollatus eſt.
moxq̄ȝ eius caput de corpore exiliens ieſus
xp̄s: qd̄ ſibi i vita tā dulce extiterat: ⁊ tā cre
bro noīauerat: hebraice clara voce inſonuit
Dicitur enim ipſū̃ i ſuis epiſtolis chriſtum vl̓
ieſum. vel vtrūq̄ȝ q̄ngentis vicib⁹ noīaſſe.
De eius autem vulnere vnda lactis vſꝫ in
veſtimẽta militis exiliuit: ⁊ poſtea ſanguis
effluxit: i aere lux immenſa emicuit: de cor
pore odor ſuauiſſim⁹ emanauit. Diony⁹ āt i
ep̄la ad Timotheū̃ de morte pauli ſic dicit.
In hora autẽ illa triſticie plena frater mi di-
lecte dicẽte carnifice paulo. Collum para:
Tunc beatus apoſtolus ſuſpexit i celū̃ mu-
niẽs frōtẽ ⁊ pectus ſuū̃ ſigno crucis ⁊ dixit.
Dn̄e mi ieſu chriſte in manus tuas cōmen-
do ſpiritū meū̃: ⁊ tūc abſq̄ȝ triſticia ⁊ cōpul-
ſione extendit collum ſuum: ⁊ ſuſcepit coro
nam. Percutiente autē carnifice ⁊ ampu-
tāte pauli caput: tūc beatiſſim⁹ i ip̄o ictu expli
cuit velū̃: ⁊ collegit ſāguinẽ ꝓpriū i velo: ⁊ li
gauit eū̃: ⁊ obuoluit: ⁊ tradidit illi femine ⁊ re
uerſo militi carnifici dixit lemobia. Ubi di-
miſiſti magiſtrū̃ meū̃ paulum? Ridit miles.
Cū̃ ſocio iacet ibi extra vrbẽ i valle pugilū̃:
⁊ velo tuo velata ẽ facies ei⁹. Ipſa autem
reſpondens ait. Ecce itrauerūt nūc petrus
⁊ paulus induti veſte p̄clara: ⁊ coronas ful-
gẽtes luce radiātes habebāt i capitib⁹ ſuis:
⁊ protulit velum ſanguine cruētatū̃: ⁊ mō-
ſtrauit eis: ꝓp qd̄ op⁹ multi crediderunt dn̄o:
⁊ xp̄iani fc̄i ſūt. hec Diony. Audiẽs Nero q̄
cōtigerāt vehementẽ extimuit: ⁊ de his oib⁹
cū̃ p̄his ⁊ amicis loq̄ cepit. Dū̃ hec inuicem
loq̄renẽ venit paulus ianuis clauſis: ⁊ ante
Ceſarem ſtans ait. Ceſar ecce paulus re-
gis eterni ⁊ inuicti miles. Uel nūc crede qꝛ
nō ſū̃ mortu⁹ ſꝫ viu⁹: ⁊ tu miſer et̄na morte
morieris: eo ꝙ ſc̄os dei iniuſte iterficis: ⁊ his
dictis diſparuit. Nero aūt ex nimio timore
velut amens effect⁹ q̄d ageret ignorabat:
⁊ ſuaſu ⁊ cōſilio amicoꝝ patroclū̃ ⁊ barna-
bare penitentie perſeuerantiā: z ſic fructuſ
ſuſcipere. Angelus reſpondit. Iudicemur
ante deum: ſed demō ſuccubit. Iterū autē
ad bellandū ſurrexit dicens: vſq̄ nunc eſti
mabam⁹ deū veracē: qui omne delictū qd̄
in terris nō purgauit: ſe in eternū puniturū
pmiſit. Hic ergo hō quandam veſtē a quo
dā vſurario recepit: nec de hoc punitus fu
it. Ubi ē ergo iuſtitia dei? Cui āgelus. Sile
te qz occulta dī iudicia ignoratis. Quādiu
enim ſperat̄ penitentia comitatur hominē
diuina miſericordia: demō rn̄dit. Sed nul
lus hic locus ē penitētie. cui angelus: pfun
ditatē iudicioꝝ dī ignoratis. erit z enī. Tūc
diabolus tā grauiter eū percuſſit: vt poſt
modū vite reſtitut⁹ ſemper percuſſiōis ve
ſtigiū retineret. Arripientes autē demones
vnū ex his quos in ignib⁹ torquebant ipſū
i eum iactauerūt: qui ei⁹ humerū maxillāq̄
incēdit: cognouitq̄ hominē: qz ille erat cui⁹
veſtē acceperat: dixitq̄ angelus: quod icen
diſti arſit i te. Si enim huius viri in peccatis
mortui donū nō accepiſſes: nec pena i te ar
deret. Et hanc percuſſionē permittente dō
pro receptione veſtimenti illi⁹ recepit. Alter
autē demon dixit. Adhuc reſtat illi anguſta
porta: vbi illū ſupare poterim⁹. Diliges pxi
mū tuū ſicut teipſū. rn̄dit angelus. Uir iſte i
primos ſuos opat⁹ ē bona. aduerſari⁹ rn̄dit
Non ſufficit hoc niſi etiā ſicut ſeipſū dilexe
rit. cui angelus. Fruct⁹ dilectionis eſt bene
opari: qz de⁹ reddet vnicuiq̄ ſz opa ſua. di
xitq̄ demō. Sz qz verbū dei diligēdo non
impleuit dānādus erit. Pugnāte turba ne
fanda ſancti angeli victores fuerūt. Dixit
iterū demō. Si deus iniqu⁹ nō ē: et ſi illi⁹
trāſgreſſio ei diſplicet: vir iſte penaꝝ expers
non erit. Promiſit. n. ſeculo abrenūciare: z
ecōtrario ſeculū dilexit cōtra id quod dictū
ē. Nolite diligere mūdū neq̄ ea q̄ in mūdo
ſūt. ſāct⁹ angelus rn̄dit. Nō ſibi ea que ſunt
ſeculi: ſed hominib⁹ indigētib⁹ diſpenſanda
dilexit. Diabolus rn̄dit. Qualicūq̄ mō dili
gatur cōtra p̄ceptū diuinū ē. Uictis aduer
ſarijs rurſus diabolus ad callidas conuer
titur accuſatiōes dicēs. Scriptū ē. Si non
annunciaueris iniquo iniquitatē ſuā ſāgui
nē eius de manu tua requirā. Hic nō annū
ciauit digne pecatorib⁹ penitentiā. ſāct⁹ an
gelus rn̄dit. Qn̄ auditores deſpiciūt verbū
lingua doctoris loqui ppēditur dū videt q̄
p̄dicatio audita deſpicit̄. vn̄ prudētie eſt dū
nō ē loquēdi tēpus velle tacere. In oī vero
contradictione demonū nō p̄ualida nimis
extitit pugna donec iudice dn̄o triūphanti
bus angelis: deuictiſq̄ aduerſarijs imenſa
claritate vir ſanct⁹ circūfuſus ē. Un⁹ autē
vt beda teſtat̄ ex angelis dixit ei. Reſpice
mundū: reſpiciēſq̄ vidit vallē tenebroſā z
quatuor ignes in aere aliquibus ſpatijs a ſe
diſtantes: dixitq̄ ei angelus. Hi ſunt qua
tuor ignes q̄ mūdū ſuccendūt. Unus ē ignis
mēdacij cū hoc q̄ abrenunciare diabolo et
omnib⁹ pōpis ei⁹ in baptiſmo oēs pmiſerūt
z minime iplent. Secundus cupiditatis: cū
mundi diuitias amori celeſtiū preponunt.
Tertius eſt diſſenſionis cum animos pri
morum in ſuperuacuis rebus offendere nō
formidant. Quart⁹ impietatis cū infirmio
res expoliare: z eis fraudem facere pro nihi
lo ducunt: deinde illi ignes appropinquan
tes in vnum redacti ſunt. z illi appropinqua
bant: timenſq̄ angelo dixit. Domine ignis
mihi appropinquat. cui angelus. Quod nō
accendiſti nō ardebit in te. Ignis enī iſte ſe
cundum merita operum hominū ſingulos
examinat. Nam ſicut corp⁹ ardet per volu
ptatem illicitam ita etiam ardebit p debitā
penā. Tandē ad pprium reduct⁹ ē corp⁹ plā
gentibus ppinquis q̄ eū mortuū exiſtimabāt
Ille aūt aliquanto tempore ſupuixit: z i bo
nis opib⁹ laudabilit̄ vitā finiuit. ¶ De noīe.

Ichael interpretatur quis vt de⁹
z quotiens. ſicut ait Gregorius mi
re virtutis aliquid agitur: Micha
el mitti perhibetur: vt ex ipſo actu z nomine
detur intelligi q̄ nullus poteſt facere: quod
facere preualet deus: z idcirco eidem Mi
chaeli multa que ſunt mire virtutis attribu
untur. Ipſe enim vt Daniel atteſtatur in te
pore antichriſti conſurget z pro electis tāq̄
defenſor z protector aſtabit. Ipſe cum dra
cone z angelis ei⁹ pugnauit: z ipſos de celo

eijciens victoriam fecit magnam. Ipſe cum
diabolo de moyſi corpore altercatus eſt: eo quod
diabolus eius corpus prodere voluit: vt ipſum
pro deo iudeorum populus adoraret. Ipſe ſanctorum
animas ſuſcipit: ⁊ in paradiſum exultationis perdu-
cit. Ipſe olim princeps fuit ſinagoge: ſed nunc
conſtitutus eſt a domino in principem eccleſie. Ipſe
vt dicitur plagas egyptijs intulit: mare rubrum
diuiſit: populum per deſertum duxit: ⁊ in terram
promiſſionis introduxit. Ipſe inter ſanctorum aci-
es angelorum ſignifer xpi habetur. Ipſe enim
ad domini iuſſum antixpm exiſtentem in monte oliue-
ti prepotenter occidet. In voce ipſius archan-
geli michaelis mortui reſurgent. Ipſe crucem:
clauos: lanceam: ⁊ coronam ſpineam in die iudicij
preſentabit. ¶ De ſancto Michaele.

Michaelis archangeli ſacra
ſolennitas dicitur ap-
paritio: dedicatio: victoria ⁊ memoria. Apparitio
ipſius angeli multiplex eſt. ¶ Prima quando in monte gar-
gano apparuit. In appulia autem eſt quidam mons
nomine garganus iuxta ciuitatem que dicitur ſypontus.
Anno autem domini. 390. In predicta vrbe ſypon-
to erat vir quidam nomine garganus. qui ſecundum
quoſdam libros a monte illo nomen accepe-
rat: qui ouium ⁊ bouum infinita multitudine
pollebat. Cum autem circa predicti montis latera
paſcerentur: contigit quendam thaurum alios relin-
quere: ⁊ verticem montis conſcendere: cum domum
alijs redeuntibus non rediſſet: collecta dominus
multitudine famulorum per deuia queque requi-
rens: ipſum tandem in vertice montis iuxta oſtium
cuiuſdam ſpelunce inuenit. Permotus itaque cur
ſoliuagus incederet mox in ipſum ſagittam to-
xicatam direxit. Sed ſtatim velut a vento retor-
ta ipſum qui iecerat repercuſſit. Turbati ſuper
hoc ciues epiſcopum adeunt: ⁊ ſuper re tam ſtupen-
da ipſum inquirunt. Qui triduanum ieiunium eis in-
dixit: ⁊ a deo querendum eſſe admonuit. Quo
facto ſanctus michael epiſcopo apparuit dicens.
Sciatis hominem illum voluntate mea ſuo telo eſſe
percuſſum. Ego ſum Michael archangelus qui lo-
cum hunc in terris incolere tutumque ſeruare ſtatu-
ens: hoc volui probare indicio ipſius me lo-
ci inſpectorem eſſe atque cuſtodem. Statimque epiſcopus
atque ciues cum proceſſione locum adeunt: ⁊ ingre-
di non preſumentes orationi pre foribus inſiſtunt.

¶ Secunda apparitio eſt que circa annum domini.
710. accidiſſe deſcribitur. Nam in loco qui tumba dicitur
iuxta mare qui ſex milibus diſtat ab vrbe adria-
ceſi michael epiſcopo predicte ciuitatis apparuit.
dicens ⁊ iubens vt in predicto loco eccleſiam con-
ſtrueret: ⁊ ſicut fit in monte gargano: ita ⁊ ibi
memoriam ſancti mihaelis archangeli celebra-
ret. Cum autem epiſcopus de loco in quo eccle-
ſiam conſtrueret dubitaret: ab ipſo edocetur
vt vbi eam conſtrui faceret: vbi thaurum a la-
tronibus abſconditum inueniret. Iterumque de
loci amplitudine dubitans: iubetur modum
in amplitudine ſtatuere quantum videret thau-
rum in circuitu pedibus protriuiſſe. Due autem
rupes ibidem erant quas nullatenus virtus
humana mouere poterat. Tunc Michael
cuidam viro apparuit: precipiens vt ad pre-
dictum locum accedat ⁊ ipſas rupes remo-
ueat: quo accedente tam facile rupes mo-
uit: vt nihil habere ponderis viderentur.
¶ Edificata igitur ibidem eccleſia: de mon-
te gargano partem palij quod ſanctus mi-
chael ſuper altare poſuit: ⁊ partem mar-
moris ſuper quod ſtetit ad ſuam eccleſiam
detulerunt. Cum vero ibidem aque penuri-
am paterentur monitu angeli quoddam fora-
men in quodam ſaxo duriſſimo fecerunt: ⁊
tanta aquarum copia protinus emanauit:
vt vſque nunc eius beneficio copioſius ſuſten-
tentur. Hec autem apparitio in predicto lo-
co. 17. die calendarum nouembrium ſolenniter
celebratur. ¶ In eodem autem loco quod-
dam memoria dignum contigiſſe refertur
miraculum: ille enim mons vndique oceano
cingitur. ſed bis in die ſancti Michaelis iter
prebens populo aperitur. Cum ergo copio-
ſa turba ad eccleſiam pergeret: contigit
quandam mulierem grauidam vicinamque
partui ſecum ire: ⁊ ecce magno impetu vn-
da rediit: ⁊ omnis turba timore concuſſa ad
littus fugit. Sola autem mulier pregnans
fugere non valuit: ſed a marinis fluctibus
capta fuit. At michael archangelus mulie-
rem illeſam ſeruauit: ita etiam quod in medium
pelagi filium parturiuit quem in vlnis ſu-
ſcipiens lactauit. ⁊ mari iterum ſibi iter pre-
bente leta exiuit. ¶ Tertia apparitio eſt

que rome tempore gregorij pape legitur ac-
cidiſſe. nam dum idem gregorius papa propter peſtem
inguinariam letanias maiores inſtituiſſet: ⁊ de-
uote pro ſalute populi exoraret vidit ſupra
caſtrum quod olim memoria adriani dicebatur an-
gelum domini qui gladium cruentatum tergebat ⁊ in
vaginam mittebat. Unde ſanctus gregorius
intelligens preces a domino exanditas eccleſiam
in honorem angelorum ibidem conſtruxit: vnde et
caſtrum illud vſque nunc caſtrum ſancti angeli vo-
catur. Hec autem apparitio cum alia que in mon-
te gargano apparuit cum ſypontanis victoriam
dedit. 8. idus maij celebratur. ¶ Quarta ap-
paritio eſt que conſiſtit in hierarchijs ipſorum
angelorum. nam prima hierarchia epiphania di-
citur ideſt ſuperior apparitio: media dicitur
hyperphania ideſt media apparitio: vltima
dicitur hypophania ideſt inferior apparitio.
⁊ dicitur hierarchia a hierar quod eſt ſacrum ⁊ ar-
chos princeps quaſi ſacer principatus. que-
libet autem hierarchia continet tres ordines. nam
ſuperior continet ſeraphin: cherubin ⁊ thro-
nos. Media continet ſecundum aſſignationem
dionyſij: dominationes virtutes: ⁊ poteſtates. Ul-
tima continet ſecundum aſſignationem eiuſdem
principatus archangelos ⁊ angelos. Et horum domina-
tio ordinatio ⁊ diſpoſitio poteſt videri ſimili-
ter in terrenis poteſtatibus. nam miniſtrorum qui ſunt
ſub vno rege quidam operantur immediate circa per-
ſonam regiam: ſicut cubicularij ⁊ conſiliarij ⁊ aſſeſ-
ſores. Similes his ſunt ordines prime hierar-
chie. Quidam vero habent officia ad regimen
regni in communi non deputati huic vel illi pro-
uincie vt principes militie ⁊ iudices curie. Si-
miles ſunt his ordines ſecunde hierarchie. qui-
dam vero preponuntur ad regimen alicuius partis
regni. vt prepoſiti ⁊ baiuli ⁊ huiuſmodi minores
officiales. Et his ſimiles ſunt ordines tertie
hierarchie. Tres igitur ordines prime hierarchie
accipiuntur inquantum deo aſſiſtunt ⁊ ad ipſum con-
uertuntur. Ad hec tamen tria neceſſaria ſunt
ſcilicet ſumma dilectio ⁊ hoc quantum ad ordi-
nem ſeraphin qui interpretantur ardentes. perfecta
cognitio: ⁊ hoc quantum ad cherubin que inter-
pretantur plenitudo ſcientie. perpetua comprehen-
ſio ſiue fruitio: ⁊ hoc quantum ad thronos qui in-
terpretantur ſedes: quia in eis ſedet deus ⁊ quieſcit

dum eos in ſe quieſcere facit. Tres autem ordi-
nes medie hierarchie accipiuntur inquantum habe-
bent preeſſe ⁊ regere vniuerſitatem hominum in com-
muni. Hoc autem regimen conſiſtit in tribus. primo
in preſidendo ſiue imperando. ⁊ hec pertinet ad or-
dinem dominationum: ad quem ſpectat: alijs inferiori-
bus preeſſe ⁊ eos in omnibus miniſterijs diuinis diri-
gere: ac eis omnia imparare: quod innuitur zacharie. 5.
vbi vnus angelus alteri dixit. Curre ⁊ loque-
re ad puerum iſtum dicens ⁊c. 2. in parando: ⁊ hoc per-
tinet ad ordinem virtutum quibus nihil eſt impoſſibi-
le exequi quod imperatur. quia eis datum eſt poſſe ſu-
per omnia difficilia ad diuinum miniſterium pertinen-
tia: ⁊ ideo attribuitur eis miracula facere. Ter-
tio: in arcendo vt. ſ. impedientia ⁊ feſtinantia arcean-
tur: ⁊ hoc pertinet ad ordinem poteſtatum: qui
habent coercere contrarias poteſtates quod ſi-
gnatum eſt thobie. 8. vbi dicitur quod Raphael re-
ligauit demonem in deſerto ſuperiori. ¶ Tres
vero ordines vltime hierarchie accipiuntur
ſecundum quod habent regimen determinatum ⁊ limi-
tatum. Quidam enim eorum preſunt vni prouincie. hi
ſunt de ordine principatus: ſicut erat princeps
perſarum qui preerat perſis: de quo habetur. Dani.
10. Quidam vero deputati ſunt ad regimen
multitudinis: vtpote vnius ciuitatis: ⁊ hi dicun-
tur archangeli. quidam vero ad regimen perſone
ſingularis: Et hi dicuntur angeli. vnde dicun-
tur minima nunciare ex eo quod eorum miniſteri-
um ad vnum hominem limitatur. Archangeli vero
dicuntur maiora nunciare: quia bonum vnius mul-
titudinis dignius eſt: quam bonum vnius hominis.
In aſſignatione autem prime ordinum hierarchie
Gregorius ⁊ Bernardus cum Dionyſio concor-
dant: quia accipitur penes eorum fruitionem que con-
ſiſtit in feruenti dilectione quoad ſeraphin. pro-
funda cognitione quo ad cherubin. perpe-
tua retentione quo ad thronos. Sed in aſſigna-
tione medie ⁊ vltime in duobus ordinibus ſcilicet
principatu ⁊ virtute diſſentire videntur. Grego-
rius enim ⁊ Bernardus aliam conſiderationem habu-
erunt: prout ſcilicet media hierarchia accipitur
penes prelationem: vltima penes miniſtrationem.
Prelatio autem in angelis triplex eſt. Preſunt enim
angeli angelicis ſpiritibus. ⁊ hi dominationes
dicuntur. preſunt etiam bonis hominibus: ⁊ hi di-
cuntur principatus: preſunt demonibus: ⁊ hi

dicuntur poteſtates: ⁊ ordo ⁊ gradus digni
tatis in his patet. Miniſteriū aūt triplex ē.
quoddā quod cōſiſtit i opādo: qddā i docēdo
⁊ i docēdo aut maiora aut minora. p̄m ē ꝟtu-
tū. 2m archangeloꝝ. 3m āgeloꝝ. Quīta appa
ritio de q̄ legit in hiſtoria tripartita. nam iu
xta cōſtantinopolim eſt quidā locus vbi olī
dea veſta colebatur: ſꝫ nunc eccleſia in ho-
norē ſancti michaelis fabricata ē: qui etiam
loc⁹ michaeliū nuncupat. ¶ Cū igitur quē-
dā noīe aquilinū ardentiſſima febris rube-
is colorib⁹ mota cōprehēdiſſet eſtuanti pocu
lū medici dederunt: quod euomuit adeo vt
poſtmodū quicqd comederet vl' biberet euo
mebat. dū aūt iam morti vicin⁹ eſſet ad locū
hunc ſe duci fecit: credens ſe illuc aut mori
aut languore ꝑuari. cui Michael dixit. Ut
cōfectionē ſibi ex melle ⁊ vino ⁊ pipere face
ret: ⁊ oīa que comederet ibi intingeret: ⁊ ſic
plenā ſanitatē reciperet qđ cū feciſſet plene
liberatus eſt. Cū tamē ſecūdū medicine rati
onē cōtrariū eſſe videatur calida pocula co
lericis exhibere. Hec in hiſtoria tripartita.
¶ 2º dicitur victoria. multiplex aūt victoria
ipſius archāgeli michaelis ⁊ angeloꝝ ine-
nitur. Prima ē quā archāgelus michael ꝑ-
dictis ſypontanis hoc modo ꝑſtitit. Poſt ali
qđ eni tēp⁹ ab iuento loco neapolite adhuc
gentiles cōtra ſypōtanos ⁊ beneuētanos. q
quinquagīta milib⁹ a ſypōto diſtant ordina
to exercitu bellare ceperūt: qui de epi cōſi-
lio triduanas idutias petierūt: vt ieiunio tri
duano vacarēt ⁊ patronū ſuū michaelē i ſui
auxiliū iplorarēt. Tertia aūt nocte ſanctus
michael epo apparet ꝑces dicit exauditas
victoriā ꝑmittit affuturā: ⁊ quarta diei ho-
ra iubet hoſtib⁹ occurrendū: quib⁹ occurrē
tibus mōs gargan⁹ imenſo tremore concu-
titur: fulguraq; crebra volant: ⁊ caligo te-
nebroſa totū montis cacumen obduxit: ita
vt. d. viri de aduerſarijs tam ex ferro hoſtiū
q̄ꝫ ex ſagittis igneis iterirent. reliq vero vir
tute archangeli cōperta idolatrie reliq̄runt
errorē: ⁊ cōtinuo colla xp̄iane fidei ſubmiſe-
runt. Secunda victoria quā archāgelus mi
chael obtinuit quādo draconē. i. lucifex cū
oibus ſuis ſequacib⁹ de celo expulit: d' quo
exponit illud q̄d habet in apoc. Factū eſt ꝑ
liū magnum i celo michael ⁊c̄. Cū enim luci
fer dei equalitatē appetiſſet archāgelus mi
chael celeſtis exercit⁹ ſignifer adueniēs ipꝫ
luciferū cū ſuis ſequacib⁹ de celo expulit: ⁊
in hunc aerem caliginoſum vſq; in diem iu
dicij retruſit: non enim permiſſum eſt eis in
celo habitare ſiue i ſuperiori parte aeris: q2
locus clarus ⁊ amenus eſt: nec i terra nobi-
ſcum: ne nimis nos infeſtarent: ſꝫ in aere in-
ter celum ⁊ terram: vt dum ſuperius reſpi-
ciunt ⁊ gloriam vident quam amiſerunt in
de dolorem habeant: ⁊ dum inferius con-
ſpiciunt ⁊ vident homines illuc aſcendere
vnde ipſi ceciderunt: inde inuidia frequen-
ter torqueantur. frequenter tamen ex diui
na diſpenſatione ad noſtrum exercitium ad
nos deſcendunt. Unde ſicut aliquibus vi
ris ſanctis monſtratum eſt: frequenter cir-
ca nos volitant ſicut muſce. Innumerabi-
les enim ſunt ⁊ velut muſce totum aerem
repleuerunt. Unde dicit haimo. vt philoſo-
phi dixerunt ⁊ doctores noſtri opinant: aer
iſte ita eſt plenus demonibus ⁊ malignis ſpi
ritibus: ſicut radius ſolis minutiſſimis pul-
uiſculis. Licet autem tot ſint iuxta ſententi
am Origenis: eorum exercitus minuimus
cum eos vincimus: ita vt qui ab aliquo ſan
cto viro victus fuerit. deinceps ille d' vitio
de quo victus eſt ipſum non valeat tenta-
re. ¶ Tertia victoria eſt quā angeli quoti-
die de demonibus obtinent: dum pro nobis
cōtra eos pugnantes ab eorum tentatione
nos liberant. Tribus autem modis ab ipſo-
rum tentatione nos liberant. Primo po-
teſtatem demonis refrenando. Apoc. 20.
de āgelo q demonē ligauit: ⁊ in abyſſum mi
ſit: ⁊ Thobi. octauo de diabolo i dſerto ſupi
ori religato. Hui⁹. n. religatio nihil aliud ē:
q̄ꝫ poteſtatis ei⁹ refrenatio. Secūdo cōcupi
ſcētiā refrigerādo quod ſignificatū ē. Gen.
32. vbi dr̄ q angelus tetigit neruū Jacob ⁊
ſtati emarcuit. Tertio memoriā dnīce paſſi
onis noſtris mentibus imprimendo. Hoc ſi
gnificatū ē Apoc. ſeptimo. vbi dr̄. nolite no-
cere terre ⁊ mari neq; arborib⁹ quſq; ⁊c̄. Itē
Ezechi. 9º. Signa thau in frontes virorum
gementiū. Thau enim littera admodū cruci
ē facta: ⁊ qui hoc ſignati ſunt non timent an
gelū percuſſorē: vnde ibidē dicitur. Sup
quē videris thau nō occidat. ¶ Quarta vi-
ctoria ē quā archāgelus mihael d' ātixpo ha
biturus ē quando ipſū occidet. Tunc enim
Michael princeps magnus. vt dicit Dan.
12. conſurget ⁊ pro electis tanq; adiutor et
ꝓtector ſtabit fortiter. Deinde antixp̄s vt di
cit glo. apoc. 13º. ſuper illud. vidi vnū de capi
tib⁹ ei⁹ occiſū ⁊c̄. mortuū ſe fingens ⁊ ꝑ tri-
duū latēs poſtea apparebit dicens ſe ſuſci-
tatū arteq; magica ferentib⁹ eū demonib⁹
in aera aſcendet: ⁊ vniuerſis mirantib⁹ ado
rabūt eū: tādē in monte oliueti aſcēdens: vt
dicit glo. ſuper illud. 2. theſ. 2º. quē dominus
ieſus interfecit ⁊c̄. Dū ſtabit i papilione ⁊ in
ſolio ſuo ⁊ in loco illo contra quē dn̄s aſcen
dit: Michael adueniēs ipſū interficiet. De
quo prelio ⁊ victoria intelligitur ſecundum
Gregoriū illud qđ dicit in apoc. Factū ē ꝑ-
liū in celo Michael ⁊c̄. Illud enim verbum
de triplici ꝑlio Michaelis intelligēs ſcilicet
de prelio quod habuit cum lucifero: cum
ipſū de celo expulit: ⁊ de ꝑlio quod cū demo
nibus habet nos iſeſtātib⁹. ⁊ de iſto. ¶ Ter
tio hec ſolēnitas dicitur dedicatio: ex eo q
hac die ꝑdictū locū i mōte gargano a ſe de-
dicatū fuiſſe archangelus Michael reuela
uit. Reuerſi enim ſypontani a cede aduer-
ſariorū ⁊ tā magnifica potiti victoria adhuc
dubitare ceperunt: vtrū ꝑdictum locū in-
gredi vel dedicare deberent: tūc epus ſuper
his duxit papā pelagiū cōſulēdū. q rn̄dit di
cens. Si homo illā eccleſiā dedicare debe-
ret hoc maxime die quo victoria data ē fieri
oporteret. Si vero aliter ſācto michaeli pla
cuerit: ab ipſo ē ſuper hoc eius requirenda
voluntas. Inſtantibus igit papa ⁊ epo cuꝫ
ciuib⁹ triduano ieiunio Michael in hac die
apparuit dicens. Nō ē opus vobis quā ego
edificaui dedicare eccleſiā. ipſe eni q cōdidi
d'dicaui. Precepitq; vt die ſeqnti locū cū po
pulo igredientes ipſū precib⁹ frequētarent.
⁊ ſe ſpecialē ſuū patronū ſētirēt: deditq; eis
predicte cōſecrationis ſignū: vt. ſ. ab oriēte ꝑ
poſterulā aſcēderēt: ⁊ ibidē veſtigia hoīs im
preſſa marmori inuenirent. Mane igit epus
⁊ vniuerſus populus ad locū veniūt ⁊ intro-
gredientes criptā magnā ⁊ tria altaria inue-
nerunt: quorūꝫ duo in auſtrali parte poſita
erant: tertium vero in orientali venerandū
quidem ⁊ rubeo pallio circūtectū. Celebra-
tis igitur ibidē miſſarum ſolēnijs cū ſacram
communionem ſinguli accepiſſent oēs ad
ꝓpria cum imenſo gaudio redierunt. Epus
autem ibidem ſacerdotes ⁊ clericos delega
uit qui iugiter diuinum officiū celebrarent
In eadem ſpelunca aqua lucida ⁊ nimium
dulcis emanat qua poſt cōmunionem popu
lus potatur ⁊ diuerſe egritudines ſanant.
Tunc ſummus pontifex his auditis hūc di-
em in honorem ſancti michaelis ⁊ omnium
beatorum ſpirituum per totum orbem vni-
uerſaliter ſtatuit celebrandū. ¶ 4º. hec ſolē
nitas dicitur memoria ſancti michaelis. in q̄
tamen ſolennitate omnium angelorum me
moriam agimus: ⁊ omnes genaraliter hono
ramus: decet nāq; nos eiſdē laudē ⁊ hono-
rem impendere multiplici ratione. Ipſi enī
ſunt cuſtodes noſtri ⁊ miniſtratores noſtri:
fratres ⁊ conciues noſtri: animarum noſtra-
rum portatores in celū: orationum noſtraꝝ
apud deuꝫ repreſentatores: regis eterni no
biliſſimi milites: ⁊ tribulatorū conſolatores.
primo igit debem⁹ eos honorare: q2 ſūt cu-
ſtodes noſtri. cuilibet eniꝫ homini dant duo
angeli: vn⁹ malus ad exercitiū: alius bonus
ad cuſtodiendum. Cuſtodia. n. boni angeli
deputat homini: ⁊ in natiuitate in vtero: ⁊
ſtatim poſt natiuitatē ex vtero: ⁊ ſēp ē cum
ipſo iā adulto. In hoc. n. triplici ſtatu neceſ-
ſaria ē homini cuſtodia angelica: nā dū par
uulus ē adhuc i vtero pōt interimi ⁊ dānari
Dū ē extra vteꝝ ante adultam etatē pōt a
baptiſmate impediri. Dū ē i adulta etate po
teſt ad diuerſa peccata ptrahi. Diabolus. n.
in hoīe adulto rationem ſeducit ꝑ aſtutias:
voluntatē allicit per blanditias: virtutē op-
primit per violentiam ideo neceſſe fuit vt
bonus angelus eidem ad cuſtodiam depu-
tetur: vt hominem erudiat ⁊ dirigat cōtra
fallaciam. exhortetur ⁊ excitet ad bonū cō-
tra blanditias: ⁊ defendat ab oppreſſione

contra violentiā. ❡ Effect⁹ autē āgelice cu
ſtodie i hoīe q̄druplex aſſignari pōt. Prim⁹
ē vt proficiat anima in bonū gratie: ꝛ hoc fa
cit angelus i anima trib⁹ modis. Primo oē
īpedimentū ad bonū remouēdū. Hoc ſigni
ficatū ē exo.12. vbi angelus percuſſit p̄mo/
nita egypti. Secundo pigritiam excitando
quod ſignificatū ē zach.4°. vbi dicitur āge/
lus dn̄i excitauit me: quaſi hominē qui exci
tat̄ a ſōno. Tertio i via penitētie ducendo
ꝛ reducendo quod ſignificatū ē tobie.5°. i an
gelo qui eū duxit ꝛ reduxit. ❡ Secūdus ef
fect⁹ ē vt nō cadat i malū culpe: ꝛ hoc facit
angelus trib⁹ modis. Primo īpediēdo pec/
catū futurū ne fiat: hoc ſignificatū ē nume.
22°. i balaā qui ad maledicēdū iſrael pergēſ
ab angelo īpedit⁹ ē. Secūdo increpando p̄/
teritū vt ab eo quis recedat. hoc ſignificatū
ē iudicū. ſecūdo. vbi cū angelus filios iſrael
de preuaricatione increpaſſet ipſi eleuaue/
runt vocez ꝛ fleuerunt. Tertio violētiā īfe
rendo: vt a pctī eripiat: hoc ſignificatū eſt in
violenta eductione Loth ꝛ vxoris de ſodo
mis. i. de peccati cōſuetudine. ❡ Terti⁹ ef/
fect⁹ ē ſi cadat ꝛ poſtmodū reſurgat: ꝛ hoc
facit angelus trib⁹ modis. Primo mouēdo
ad contritionē. Hoc ſignificatum ē tho. 11.
vbi ad documētū angeli de felle p quod in/
telligit̄ cōtritio liniuit patri oculos. ſ. cordis
Secūdo purgando labia ad confeſſionē q̄d
ſignificatū ē iſa.6°. vbi per angelū labia Iſa
ie purgant̄. Tertio gaudendo ad ſatiſfacti/
onē Luce.15. vbi dr̄ q̄ maius gaudiū ē in ce
lo ſup vno peccatore penitētiā ꝛc̄. ❡ Quar
tus effectus ē ne totiens vel in tot mala ca/
dat quotiens vel ad quot diabolus incitat.
Et hoc facit trib⁹ modis. ſ. poteſtatē demōis
refrenando: concupiſcentiā debilitando: ꝛ
memoriam paſſionis dn̄ice nr̄is mētib⁹ im/
primendo: de q̄bus ſupra dictū ē. Secūdo
debemus eos honorare: q꞉ ſunt miniſtrato/
res nr̄i. Omnes enim ſicut dr̄ Hebreorum
primo: ſunt adminiſtratorij ſp̄ūs. Omnes
enim ꝓpter nos mittūtur: q꞉ ſuperiores ad
medios: medij ad infimos: infimi mittuntur
ad nos. hec āt miſſio cōpetit bonitati diui/
ne. In hoc enim manifeſtat̄ diuina bonitas
q̄rū. ſ. nr̄az ſalutē diligat dum nobiliſſimos
ſp̄ūs q ei intima charitate iunguntur dirigit
ꝛ tranſmittit ad ꝓcurandū ſalutē noſtram:
❡ Secūdo charitati angelice. cū eni charita
tis ardentis ſit maxime deſiderare aliorum
ſalutē. ob quā etiaz dixit Iſaias. Ecce ego
dn̄e mitte me: ꝛ angeli poſſint nos iuuare ꝓ
eo q̄ vident nos ſuo auxilio indigere: ꝛ ma/
los angelos nos īpugnare: iō q̄ ad nos mit/
tant̄ lex exigit angelice charitatis. ❡ Ter/
tio humane indigētie. mittūtur. n. ad iflāmā
dū affectū ad amorē: vnde in figuraz huius
legunt̄ miſſi fuiſſe in curru igneo. ❡ Secun
do ad illuminādū intellectū ad cognitionē.
hoc ſignificatū ē apoc.10. i angelo qui habe/
bat librū apertū in manu ſua. Tertio ad cor
roborandū in nobis oē īperfectū vſq꞉ i finē
Hoc ſignificatū ē. tertio Re.19°. vbi ange/
lus portauit helie panē ſubcinericiuz ꝛ vas
aque ꝛ comedit ꝛ ambulauit i fortitudine ci
bi illius vſq꞉ ad montē dei oreb. Tertio ho/
norandi ſunt: q꞉ ipſi ſunt fratres ꝛ conciues
noſtri. Oēs enim electi aſſumūtur ad ordi/
nes angeloꝝ: quidā ad ſup̄iores: quidam ad
inferiores: q̄dā ad medios ꝓ diuerſitate ſu/
orū meritoꝝ. licet beata virgo ſuper oēs ſit.
q̄d beatus Gregorius in omelia inſinuare
videt̄. nā vt ait. Sunt nōnulli q parua cupi
unt: ſed tamē hec ānunciare fratrib⁹ nō deſi
ſtunt: iſti in angeloꝝ numerum currunt. Et
ſunt q ſecretoꝝ celeſtiū ſūma ꝛ capere pre/
ualent ꝛ nunciare. Hi cū archangelis. ꝛ ſūt
qui mira faciunt ſigna ꝛ valenter op̄antur:
ꝛ hi cū v̄tutib⁹. Et ſūt qui malignos ſpiritus
v̄tute oratiōis ꝛ vi accepte poteſtatis fugāt
ꝛ hi cū poteſtatib⁹. ꝛ ſunt q acceptis v̄tutib⁹
electoꝝ merita tranſcendūt ꝛ electis fratri/
bus p̄ncipantur: ꝛ hi cū principatib⁹ meri/
tum ſortiuntur. Et ſūt q ſic in ſemetipſis oīb⁹
vitijs dominātur: vt ipo iure mūditie dij in/
ter hoīes vocent̄. Vn̄ ad moyſē dr̄. Ecce cō
ſtitui te deū pharaonis: ꝛ hi cū dn̄atiōib⁹. et
ſūt i q̄b⁹ velut i throno ſuo dn̄s p̄ſidēſ alioꝝ
facta examinat: p quos dū ſancta eccleſia
regitur plerūq꞉ de ſuis q̄buſdā īfirmis acti
bus oēs electi iudicat̄: ꝛ hi cū thronis. Et ſt
quidā q ꝓximis caritate āpli⁹ ceteris pleni



ſunt: ꝛ hi meritoꝝ ſuorū ſortē iter cherubin
numerum acceperūt: q꞉ cherubin plenitu/
do ſciētie dr̄: ꝛ iuxta paulū plenitudo legis
ē charitas. Et ſūt qui ſuperne cōtēplatiōis
amore accenſi i ſolo cōditoris ſui deſiderio
anhelāt: nihil iā i hoc mūdo cupiūt: ſolo eter
nitatis amore paſcūtur: terrena queq꞉ abij/
ciunt: cūcta tēporalia mēte trāſcēdūt amāt
ꝛ ardent: atq꞉ i ipſo ſuo ardore requieſcūt:
amando ardēt: loquēdo accēdūt: ꝛ quoſcū/
q꞉ v̄bo tangunt ardere protin⁹ in dei amore
faciūt: quo iſti niſi inter ſeraphin numerum
ſortē ſue vocationis acceperūt. hec Grego.
❡ Quarto honorandi ſūt: q꞉ ipi ſūt aiaꝝ no
ſtrarū i celū portatores: ꝛ hoc faciūt triplici
mō. Primo viā p̄parando. Malac.3°. Ecce
ego mitto angelū q p̄parabit viā ante faciē
tuā. ſecūdo p viā p̄paratā in celū baiulādo:
exo.23. Ecce ego mitto angelū meum q te
cuſtodiet i via ꝛ inducat in terrā quaz ꝓmiſi
p̄rib⁹ tuis. tertio in celo collocādo. Luc.16°.
Factū ē vt moreret̄ mēdicus ꝛ portaretur
ab angelis in ſinū abrae. ❡ Quinto q꞉ ipi ſūt
orōnū nr̄aꝝ ante deū rep̄ſētatores. Ipi nā/
q꞉ p̄mo orōnes nr̄as d̄o rep̄ſētāt. Thobi.12°.
qn̄ orabas cū lachrymis ꝛ ſepeliebas mortu
os: ego obtuli orōnē tuā dn̄o. ſecūdo ibidez
ꝓ nobis allegant. Job.33°. ſi fuerit ꝓ eo an/
gelus loquēs vnū de ſimilibus vt annūciet
hoīs equitatē miſerebit̄ eius. Itē zach.1. Et
rn̄dit āgelus dn̄i ꝛ dixit. Dn̄e exercituū vſq꞉
quo non miſereberis hieruſalē: ꝛ vrbiū iuda
quibus irat⁹ es? Iſte nāq꞉ ſeptuageſimus
ann⁹ ē. Tertio dei ſniam nobis renunciant.
Dan̄.9°. vbi dr̄ q̄ Gabriel ad eū volās dixit
Ab exordio precū tuaꝝ egreſſus ē ſmo. glo.
ſentētia a deo. ꝛ ſeq̄tur. Ego aūt veni vt in/
dicarē tibi: q꞉ vir deſiderioꝝ es. De his trib⁹
dicit Bern̄. ſuper can. Diſcurrit angel⁹ me/
dius iter dilectū ꝛ dilectā vota offerēs ref e
rēs dona: excitat iſtā: placat illū. ❡ Sexto
honorādi ſūt q꞉ ipſi ſūt regis eterni nobiliſſi
mi milites ſecūdū q̄ dr̄ Job.25°. Nunq̄d eſt
numer⁹ militū eius? Sic aūt videm⁹ i militi
b⁹ alicui⁹ regis: q̄ q̄dā eoruz ſemper in aula
regia commorātur ꝛ regē aſſociant: ꝛ ad ei⁹
honorem ꝛ ſolatiū regi cantāt: quidā autez
ciuitates ꝛ caſtra regni cuſtodiunt: quidam
vero inimicos regis expugnāt: ita ꝛ horum
militū chriſti quidā in aula regia ſcilicet i ce
lo empyreo ſemper regē regū aſſociāt: ꝛ ad
eius honorē cantica leticie ꝛ glorioſe ſēper
cantant dicentes. Sāctus: ſanctus: ſanct⁹.
Item Benedictio ꝛ claritas ꝛ ſapientia. et
cetera. apoc.7°. Alij autem cuſtodiunt ciui/
tates ſuburbana villas ꝛ caſtra: illi ſcilicz q
nobis ſunt ad cuſtodiam deputati cuſtodiē/
tes ſtatum virginum continentiuz coniuga
torum ꝛ caſtra religionum. Iſa. Super mu/
ros tuos hieruſalem conſtitui cuſtodes. ꝛc̄.
Alij vero dei inimicos ideſt demones ex
pugnant. Apoc. Factum eſt prelium in ce/
lo. ideſt ſm̄ vnam expoſitionē in eccleſia mi/
litanti: michael ꝛ angeli eius preliabantur
cum dracone. ❡ Septimo ꝛ vltimo honorā
di ſunt: q꞉ ipſi ſunt tribulatorū conſolatores.
zach. p̄mo. Angelus qui loquebatur in me
verba bona ꝛ conſolatoria. Itē thob.5. for
ti animo eſto: ꝛ hoc faciunt tribus modis.
Primo confortando ꝛ roborando. Dan̄.10°.
vbi cum daniel corruiſſet tetigit eum ange/
lus dicens. Noli timere: pax tibi conforta/
re ꝛ eſto robuſtus. Secundo ab impatiētia
conſeruando. p̄s. Angelis ſuis mādauit de
te. ꝛc̄. In manibus por. ꝛc̄. Tertio ipſam tri
bulationem refrigerando ꝛ minuendo: ꝛ h̄
ē ſignificatum dan̄.3°. vbi angelus domini
cum tribus pueris in fornacem deſcendit:
ꝛ fecit medium fornacis quaſi ventum ro/
ris flantem. ❡ De nomine

Jeronymus dicitur a hiera q̄d ē ſa/
cruz ꝛ nem⁹: vel dicitur a noma q̄d
eſt lex. vnde dicitur in legenda ſua q̄ hiero
nymus iterpretat̄ ſacra lex. Fuit enim ſan
ctus. i. firmus vel mundus: vel ſanguie tin
ctus: vel vſui ſacro deputat⁹: ſic̄ vaſa tēpli
dicebantur ſancta: q꞉ ſacro vſui deputata.
fuit. n. ſanctus. i. firmus in bono opere pro
pter pſeuerantie longanimitatem: ꝛ mund⁹
i mente p puritatē: ſāguine tinctus: p dn̄ice
paſſionis meditationē: ſacro vſui deputat⁹
p ſcripture ſacre expoſitionē ꝛ iterpretatio
nē. dr̄ ꝛ nem⁹ a nemore vbi aliqn̄ ꝯuerſatus
fuit: ꝛ lex ꝓpter regularē diſciplinā quam

monachos ſuos docuit: vel qꝛ ſacrā legem
expoſuit ⁊ interpretatꝰ fuit. Hiero. ēt inter
pretatꝰ viſio pulchritudinis vel dijudicans
locutiones. Eſt aūt multiplex pulchritudo
Prima ē ſpiritualis que ē ī aīa. Secunda
moralis que cōſiſtit ī honeſtate moꝝ. Ter
tia itellectualis que eſt pulchritudo angeli
ca. Quarta ſubſtantialis q̄ ē diuina. Quin/
ta celeſtis q̄ ē ſanctoꝝ in patria. hanc qntu/
plicē pulchritudinē Hiero. ī ſe vidit ⁊ habu
it: nā habuit ſpiritualē in ꝟtutū varietate:
moralē in vite honeſtate. itellectualē ī excel
lēti puritate: celeſtē ī eterna vel excellenti
claritate: dijudicauit ēt locutiones ſiue ver
ba tā ſua qꝫ alioꝝ: ſua examinate ꝓferendo
alioꝝ ꝟa cōfirmādo: falſa cōfutādo: dubia
vero exponendo. ¶ De ſancto hieronymo.

**Jeronimus** euſebij viri nobilis filiꝰ
ab oppido ſtridonis quod dalma/
tie ⁊ pannonie cōfinia tenet extitit oriūdꝰ
Hic adhuc puer romā adijt ⁊ litteris grecis
latinis ⁊ hebraicis plene eruditꝰ ē. In arte
grāmatica donatū habuit ꝓceptorē. In rhe
torica aūt victorinū oratorē. In ſcripturis
aūt diuinis exercebatꝰ die ac nocte: ⁊ inde
hauſit auide: quod poſtmodū effudit abūde
¶ Quodā vero tēpore ſicut ipe in epiſtola
ad euſtochiū phibet: cū de die Tulliū ⁊ no/
cte platonē auide legeret eo ꝙ ſermo icul/
tus ſibi in libris ꝓpheticis nō placeret: circa
mediā q̄drageſimā tā ſubita ⁊ ardēti febre
corripitꝰ vt toto frigeſcente iā corpore vita
lis calor in ſolo pectore palpitaret. Dū ḡ exe
quie funeris pararentur ſubito ad tribunal
iudicis trahitꝰ: ⁊ iterrogatꝰ cuiꝰ cōditiōis eēt
xp̄ianū ſe eē libere profiteꝰ: Ad quē iudex.
Mētiris inqt ciceronianꝰ es nō xp̄ianꝰ: vbi
ē. n. theſaurꝰ tuꝰ: ibi ē cor tuū. At Hiero. ob/
mutuit: ⁊ cōtinuo ipſū iudex duriſſime cedi
iuſſit: tūc exclamauit ⁊ dixit. Miſerere mei
dn̄e miſerere mei. Tūc qui abſtabant ad ꝑſi
dētis genua ꝓuoluti ꝓcabātur vt veniam
tribueret adoleſcētie ⁊ errori. Ipſe aūt iura
re cepit ac dicere. Dn̄e ſi vnqꝫ habuero codi
ces ſclares: vel ſi legero te negabo. In hꝰ igi
tur iuramēti ꝟba dimiſſus ſubito reuiuiſcit.
tunc lachrymis ſe inuenit perfuſū: ⁊ ex ver/
beribꝰ q̄ ante tribunal ſuſceperat ſcapulas
terribiliter reppit liuētēs. Tāto āt ſtudio li
bros diuinos legit ex tūc: qꝫto libros genti/
liū vnqꝫ legerat. Dū āt eēt annoꝝ. 39. in ro/
mana eccleſia cardinalꝭ preſbyter ordinatꝰ
ē. Mortuo āt liberio papa Hiero. dignꝰ ſū/
mo ſacerdotio ab oībꝰ acclamatꝰ: ſꝫ dū quo/
rūdā clericoꝝ ⁊ monachoꝝ laſciuiam icre/
paret illi nimiū indignati ei inſidias paraue
rūt: ſed ⁊ per veſtē muliebrem: vt ait Jo. be.
ab eis turpiter ē deriſus. Nam cū Hierony
mus ad matutinas ſolito more ſurgeret: ve
ſtē mulieris quam emuli iuxta lectuꝫ poſue
rant repperit: ſuāqꝫ eſſe credens induit: ⁊ in
eccleſiā ſic proceſſit. Hoc autē emuli facie/
bant vt mulierem habere in thalamo crede
retur: quod ille videns tāte eorum veſanie
locum dedit: ⁊ ad gregorium nazanzenum
conſtantinopolitane vrbis epiſcopum per/
uenit: poſtqꝫ autē ab ipſo ſacras litteras di/
dicit: in heremum ꝓperauit: vbi ꝓ xp̄o qꝫta
ſuſtinuerit ipſe ad euſtochiū narrat dicens.
Quotiens in heremo conſtitutus: ⁊ ī illa va/
ſta ſolitudine: que exuſta ſolis ardoribꝰ hor/
ridum monachis preſtat habitaculum: pu/
taui me romanis delitijs intereſſe. Horre/
bant ſacco membra deformia: ſqualida cu/
tis ſitum ethyopiſſe carnis adduxerat: quo/
tidie lachryme: quotidie gemitus: ⁊ ſi quādo
repugnantem ſomnus imminens oppreſſiſ/
ſet: nuda humo vix oſſa herentia collidebā.
De cibis ⁊ potu taceo: cū etiā lāguētes mo/
nachi aq̄ frigida vtantur: ⁊ coctum aliquid
accepiſſe luxuria ſit: ⁊ tamen ſcorpionū tā/
tuꝫ ſocius ⁊ ferarum ſepe choris intereraꝫ
puellarum: ⁊ in frigido corpore ⁊ carne pre/
mortua ſola libidinum icendia pullulabāt.
Itaqꝫ continuo flebam ⁊ repugnantē car/
nem hebdomadaꝝ iedia ſubigebā: diē cre/
bro cōiunxi cum nocte: nec prius a pectoris
ceſſabā ꝟberibꝰ qꝫ a dn̄o trāqllitas reddere/
tur: ipſā qꝫ cellulā meā q̄ſi cogitationū ꝯſci/
am ꝑtimeſcebam: ⁊ mihi iratꝰ ⁊ rigidꝰ ſolus
deſerta penetrabam ⁊ vt mihi teſtis eſt do/
minus poſt mltas lachrymas nōnūqꝫ vide/
bar mihi intereſſe agminibꝰ angeloꝝ. ¶ Per
quadriennium igitur ibidem penitentia ſic
peracta ad bethleē oppidū remeauit: Ubi
prudens animal ad preſepe domini ſeſe ob/
tulit permanſurum. Bibliothecā autem ſu/
am quam ſummo ſtudio ſibi cōdiderat clau
ſam alioſqꝫ libros iterū relegens diem ieiu
nijs ducebat ad veſperū: multos ibidem di
ſcipulos coadunās: ī ſancto ꝓpoſito ⁊ trāſ/
latiōe ſcripturaꝝ quinquagintaqꝫ annis
⁊ menſibus deſudauit: ⁊ viſqꝫ ad finem vite
virgo permanſit. Licet autē in hac legēda
dicatur ꝙ ſemper virgo fuerit: ipſe tamen
de ſe ita ſcribit ad pāmachiū. Uirginitatē
in celo ꝓfero nō qꝛ hēo: ſed qꝛ magis miror
ꝙ nō hēo. Tāta deniqꝫ laſſitudine fatigatꝰ
eſt: vt in ſtratu ſuo iacens funiculo ad trabē
ſuſpēſo ſupinis manibꝰ ſe leuaret: vt ſcilicet
officiū monaſterij prout poterat exhiberet.
¶ Quadā vero die adueſperaſcente cum
Hieroꝰ cū fratribus ad ſacrā lectionē audi/
endam ſederet: ſubito leo quidā claudicās
monaſteriū ingreſſus eſt: quo viſo cum ce/
teri fratres fugerēt: Hieroꝰ ei quaſi hoſpi/
ti obuiauit. Leo igitꝰ dū pedē ſibi leſū oſtē/
deret vocatis fratribꝰ pedē ſibi precepit ab/
lui: ⁊ diligēter eiꝰ plagam inqri. Quod cum
factuꝫ fuiſſet inuenerunt leonis plātā a ſē/
tibꝰ vulneratā. Adhibita igitꝰ diligēti cura
leo cōualuit: ⁊ oī feritate depoſita inter eos
q̄ſi domeſticū animal habitauit. Tūc hiero.
vidēs ꝙ nō tā ꝓ ſanitate ſui pedis qꝫ ꝓ eoꝝ
vtilitate dn̄s leonē miſiſſet: de fratrū conſi/
lio eidē hoc iniūxit officiū: vt aſinū quē ha/
bebat qui ligna de nemore deferebat ipſe
leo ad paſcua duceret: ⁊ ductū ibidē cuſto/
diret qđ factū ē. Nā iniuncta leoni aſini cura
more paſtoris iduſtrij eūdo ad paſtū ſocius
iceſſāter itineris rure paſcēdo vndecūqꝫ de/
fenſor tutiſſimus erat: verūtamē vt ſe ciba/
ret ⁊ aſinꝰ ſolitū ꝑficeret opꝰ cōſuetis ſemꝑ
horis cū eo domū redibat. Quadā igitꝰ vice
paſcēte aſino ⁊ leōe grauiter ſoporato mer/
catores cū camelis inde trāſeūtes aſinū ſo/
lū viderūt: ⁊ eū qꝫ citiꝰ rapuerūt. Expgefa/
ctꝰ itaqꝫ leo cū ſociū nō iuēiret rugiēdo huc
illucqꝫ ibat: quē tādē nō inueniēs ad portas
mōaſterij triſtis rediit: ⁊ itro vt ſolitus erat ꝓ
verecūdia igredi nō preſūpſit. Et videntes
frēs ꝙ tardiꝰ ſolito more ⁊ ſine aſino veniſ/
ſet putauerūt ꝙ fame cōpulſus aſinū come
diſſet: ⁊ nolētes ei ānonā tribuere cōſuetaꝫ
dicebāt. Uade ⁊ reliquā partem aſelli q̄ re/
māſit māde: ⁊ tuā igluuiē reple: heſitātes tn̄
vtꝝ hoc malū ꝑpetraſſet exierūt ad paſcua
ſi forte aliqd mortis indiciū inuenirent: ⁊ ni/
hil inuenientes reuerſi hec hieroꝰ retulerūt.
Tūc monitis eius officium aſini leoni iniun
gunt ⁊ ligna cedentes leoni imponunt. Qđ
cū leo patiēter ferret q̄dā die expleto opere
ad agrū rediit hac illacqꝫ diſcurrit ſcire deſi
derās qđ d̄ ſuo fuiſſꝫ ſocio factū. Et ecce vi/
dit a lōge negociatores cuꝫ onuſtis camelis
precedente aſino veniētes: mos enim illi re/
gioni eſt: vt quando cum camelis longius
gradiunꝰ cameli vt directiꝰ vadant prece/
dentem ⁊ collo funiculum geſtātem aſinuꝫ
ſubſequanꝰ. Recognito igitꝰ leo aſino cum
igenti rugitu ſup eos irruit: ⁊ oēs hoīes ī fu/
gam conuertit. Et leo terribiliter rugiēs ꝑ/
cutiebat cauda fortiter terrā: perterritoſqꝫ
cameloſ ſicut erant onuſti ante ſe ad cellā
ire coegit: quod cum fratres vidiſſent ⁊ hie/
roꝰ nunciaſſent: ille ait. Hoſpitibus noſtris
fratres cariſſimi pedes abluite: eſcas prebe
te: ⁊ ſuper hoc voluntateꝫ domini expecta/
te. Tunc leo per monaſterium cepit vt ſole
bat letus diſcurrere ſingulorum fratruꝫ ve
ſtigijs ſe proſternens ⁊ quaſi de perpetrata
quam non fecerat culpa cauda alludēs ve/
niam poſtulabat. Hieroꝰ autem futurorum
preſcius ait fratribus. Ite fratres ⁊ veniē/
tibus hoſpitibus neceſſaria preparate. Ad/
huc eo loquente nuncius ad eum venit an/
nuncians ante fores hoſpites adeſſe: q ab/
batem vellent videre: ad quos cum ille iuiſ/
ſet protinus illi eius pedibus prouoluuntur
pro culpa veniam poſtulantes: quos ille be
nigne eleuans precepit vt ſua reciperent: ⁊
aliena non vſurparent. Rogabant igitur il/
li beatum Hieronymum vt medietatem
olei pro benedictione accipiat: quibus vix
aſſenſit tandemqꝫ coactus ſuſcipi iubet.

Promiſerunt autem ſe annuatim eandem
olei mēſurā fribꝰ ipſis daturos: ⁊ a ſuis he-
ribꝰ heredibꝰ percepturos. ¶ Cū aūt oli in ec-
cleſia vnuſqſqꝫ caneret qđ volebat theodo.
īpator damaſū papā rogauit: vt alicui viro
docto officiū eccleſiaſticū cōmitteret ordi-
nādū. Ipſe igit̄ ſciēs hiero. i ligua latia: gre
ca: ⁊ hebraica perfectū: ⁊ i oi ſapiētia ſūmū:
eidē offīn predictū cōmiſit. Hiero. igit̄ pſal-
mos per ferias diſtinxit: ⁊ vnicuiqꝫ ferie no
cturnū ꝓprium aſſignauit: ac gloria patri.
ī fine cuiuſlibet pſal. dicenđ iſtituit. Deinde
epiſtolas ⁊ euangelia per anni circulū de-
cātādas ceteraqꝫ ad officiū pertinentia ꝓ-
ter cantū rationabiliter ordinauit. Miſitqꝫ
illud de bethleē ad ſūmū pōtificē: ⁊ ab eo ⁊
cardinalibꝰ fuit valde approbatū: ⁊ perpe-
tuo autēticatū. ¶ Poſt hoc aūt i ore ſpelū-
ce vbi dn̄s iacuit monumētum ſibi cōſtruxit
vbi expletis. 98. annis ⁊. 6. menſibꝰ ſepultꝰ
fuit. In quanta reuerētia eū aug. habuerit:
patet ꝑ ep̄las quas ſibi miſit. i vna quaꝝ ei
tali mō ſcripſit. Dn̄o dilectiſſimo ⁊ cultu ſin-
ceriſſimo charitatis obſeruādo atqꝫ ample-
ctēdo: hiero. augꝰ ⁊c̄. ¶ Alibi q̄ꝫ de eo ſic ſcri
bit. Scūs hiero. preſbyter: greco latio ⁊ he-
breo elogo eruditꝰ i locis ſcis atqꝫ i litteris
ſcis vſqꝫ ad decrepitā vixit etatē: cuiꝰ nobi-
litas eloquij ab oriēte i occidētē inſtar ſolis
lampas reſplēduit. Btūs aūt proſper i ſuis
chronicis đ eo ſic ait. Hiero. p̄ſbiter i bethleē
toto iā mūdo clarus habitabat egregio ige
nio ⁊ ſtudio vniuerſe eccleſie ſeruiens. Ipe
quoqꝫ de ſe ſic ait ad ābigēſē. Nihil a pueri
tia ita vitare conatꝰ ſū vt aiūꝫ tumētē ⁊ ere-
ctā ceruicē dei cōtra ſe odiū ꝓuocātē. Itēꝫ
ego etiā tuta timeo. Itēꝫ in monaſterio ho-
ſpitalitati ex corde itendimus: ⁊ oēs ad nos
venientes ꝓter hereticos leta frōte ſuſcipi-
mus ac veniētiū pedes abluimꝰ. Iſidorꝰ ꝟo
ī lib. ethi. ait. Hiero. triū linguaꝝ extitit peri
tus: cuius iterpretatio ceteris anfert̄: qm̄ ⁊
verboꝝ grauitate tenacior ē: ⁊ ꝑſpicuitate
ſententie clarior atqꝫ vtpote a chriſtiano in-
terprete verior. In dialogo quoqꝫ ſeueri di
ſcipuli ſancti martini qui eius tēpore fuit ſic
de hiero. ſcriptū hētur. Hiero. ꝓter fidei me
ritū dotēqꝫ virtutū nō ſolū latinis atqꝫ gre-
cis: ſed etiā hebraicis ita litteris inſtructꝰ eſt
vt ſe illi in omni ſcientia nemo audeat com-
parare: cui iugis aduerſus malos pugna ꝑ-
petuūqꝫ certamē. Oderūt eū heretici: qr eos
īpugnare n̄ deſiuit. oderūt clerici: qr vitā eoꝝ
īſectat̄ ⁊ crimina. Sꝫ plane eū boni oēs ⁊ mi
rant̄ ⁊ diligūt. Nā q eū hereticum eſſe arbi
trantur inſaniūt. Totus ſemper in lectione:
totus in libris ē: non die nō nocte requieſcit
aut legit aliquid aut ſemper ſcribit. Hec ſe-
uerꝰ. Et ſicut ex his verbis patet: ⁊ ſicut eti-
am ipſe ſepe teſtatur multos ꝑſecutores et
multos detractores ꝑpeſſus ē: quas tn̄ per-
ſecutiōes q̄ꝫ libenter ſuſtinuerit patet ex eo
dū ſic dicit in ep̄la ad aſellam. Gratias ago
deo: qr dignꝰ ſū habitus quē oderit mūdus
⁊ maleficū me garriēs: ſꝫ ſcio ad regnū per-
uenire ꝑ iſamiā ⁊ bonā famā. Itē. vtinā ꝓ
dn̄i mei nomē atqꝫ iuſtitiā vniuerſa me infi-
deliū turba perſequat̄: Utinā in opprobriū
meū ſolidius exurgat hic mūdus: tantū vt
merear a xp̄o laudari: ⁊ ſue pollicitationis
ſperare mercedē. Grata itaqꝫ ⁊ deſiderata
tētatio ē: cuiꝰ ꝓmiū a xp̄o ſperat̄ i celo: nec
maledictio grauis ē q̄ diuina laude mutat̄.
Obijt circa annū dn̄i. 498.

De nomine.

Remigius dicitur a remige qui ē na
uis ductor vel rector. Uel dicitur
a remis que ſunt inſtrumēta quibꝰ
nauis ducitur: ⁊ a gyron quod eſt luctatio.
Ipſe enim eccleſiam gubernauit a pericu-
lo naufragij: eam duxit ad portam paradi-
ſi: pro ea luctatus eſt contra inſidias dia-
boli.

De ſancto Remigio.

Remigius regē ⁊ gentē frā-
corum ad chriſtū
conuertiſſe dr̄. Habebat enim rex vxorem
noīe rothildiꝫ xp̄ianiſſimā q̄ virū ſuū niteba
tur ad fidē cōuertere: ſꝫ negbat: q̄ cū filium
genuiſſet ipſū baptizare voluit. ſed rex oīno
ꝓhibuit. Illa autē quieſcere nō valēs tan-
dē vix hoc a rege obtinuit: ⁊ filium baptiza-
uit: qui dum baptizatus eſſet ſubito eſt de-
functus. cui rex ait. Nūc apparet quia chri
ſtus vilis eſt deus: qui eum per queꝫ fides
eius poterat ſublimari in vita cōſeruare nō



potuit. Cui illa. Immo i hꝰ a deo meo valde
diligi me ſētio ꝙ primū fructū ventris mei
ipſum recepiſſe cognoſco: q regnū in infini-
tū tuo melius filio meo largitꝰ eſt. Concepit
igit̄ iterum ⁊ filiū alium peperit: quem ſicut
primum cū multa inſtantia baptizari fecit.
ſed ecce ſubito infirmatur: ita ꝙ de eius vi-
ta deſperatur: dixitqꝫ rex vxori. Uere debi
lis eſt deus tuus qui nullū i ſuo nomine ba-
ptizatum in vita conſeruare poteſt. Nam ſi
mille genueris ⁊ cunctos baptizaueris oēs
ſimul peribunt. Sed tamen puer cōualuit:
⁊ ſanitatem recepit: ita ꝙ poſt patrē regna-
uit. At fidelis mulier virū ſuū ad fidem re-
ducere conabat̄: ſed ille modis omnibus re
ſiſtebat. Qualiter autem ad fidem conuer-
ſus eſt in alio feſto quod eſt poſt epiphaniaꝫ
dictum eſt. Uolens autem predictus rex lo
douicus factus chriſtianꝰ remenſem eccle-
ſiam dotare beato remigio dixit: vt quantū
circuiret dum ipſe in meridie dormiret ſibi
donaret: quod ⁊ factum eſt. Sed cū quidā
molendinum ſuum haberet inter fines bea
ti remigij: molēdinarius ipſum dum circui-
ret cum indignatione reppulit: cui dixit re-
migius. Amice non ſit tibi durū: vt hoc mo-
lendinum ſimul habeamus. At ille vt eum
reiecit: ſtatim rota molendini in contrarium
verti cepit: clamauitqꝫ poſt ſanctum remigi
um dicens. Serue dei veni ⁊ habeamus
pariter molendinuꝫ. Cui ille. Nec mihi. nec
tibi: ſtatimqꝫ terra ſe aperuit ⁊ molendinum
penitus deglutiuit. Preuidēs remigiꝰ famē
futurā cū i villa quadā bladi cumulos con-
gregaſſet inebriati ruſtici ſenis prudentiam
deridētes ignē ſuppoſuerūt: quod ille audi-
ens illuc venit: ⁊ pre frigore etatis ⁊ veſper-
tini tēporis ſe calefacere cepit: ⁊ trāqllo cor
de dixit. Semper focus bonus ē. vexta-
mē qui hoc fecerūt ⁊ poſteri eoꝝ viri i geni-
talibus rupti: femine gutturoſe erunt. quod
ſic i illa villa euenit quouſqꝫ per Carolū ſūt
diſperſi. Notādū aūt quod illud feſtū ſācti
remigij qđ agit̄ i mēſe ianuarij ē feſtū de fe-
lici obitu ipſius. Iſtud autē dicit̄ eſſe de ſa-
cri corporis eiꝰ tranſlatione. Cum enī corpꝰ
eius poſt ipſius obitū ad eccleſiā ſanctorum
thimothei ⁊ apolinaris cum feretro defer-
retur ſecus eccleſiā ſācti xp̄ofori cepit adeo
ponderare ꝙ nullatenꝰ moueri potuit. Tā-
dē coacti rogauerūt dn̄ꝫ vt eis oſtēdere di-
gnaretur: ſi forte i eccleſia illa ſancti xp̄ofo-
ri vbi mille reliquie ſanctoꝝ quieſcebant ſe
peliri vellet. Statiqꝫ corpus leuiſſime ſuſtu
lerunt: ⁊ ipſū ibi honorifice poſuerunt: vbi
cū multa miracula fierent eccleſiā amplia-
uerunt: ⁊ facta cripta retro altare cū effoſ-
ſū corpus ibi reponere vellent mouere nul
latenꝰ potuerūt. Cum autē in orōnibꝰ ꝓno-
ctarēt: ⁊ media nocte oēs pariter obdormiſ
ſēt: in craſtinū. ſ. cal̄. octobris inuenerūt: ſe-
pulchrū cū corpore ſancti remigij in illā cri
ptā ab āgelis deportatū: qđ tamē poſt lōgū
tempus in pulchriorē criptam eadē die cuꝫ
capſa argentea tranſlatum eſt. floruit circa
annū dn̄i. 490. ¶ De ſancto Leodegario.

Leodegarius dum in vir
tute polle-
ret eduenſi eccleſie meruit in ponti
ficem promoueri: qui dum dotario rege de
cedēte: cura regni grauius premeretur vo
luntate dei ⁊ principū conſililo childericū
fratrem dotarij adoleſcentem valde idone
um prefecit in regem. Sed ebroinus theo-
dericū ipſius childerici germanum prefice-
re nitebatur: non propter regni commodū:
ſed quia de poteſtate eiectus ⁊ omnibꝰ odio
ſus iram regis ⁊ principum verebatur. Ti-
mens igitur ebroinus licētiam a rege petijt
⁊ monaſterium introiuit: quo concedente ⁊
fratrem ſuum theodericum ne cōtra regnū
aliquid moliretur in cuſtodia detinente ſan
ctitate ⁊ prouidentia epiſcopi pace mirabili
omnes gaudebant. Sed poſt aliqđ tempus
rex malignorum conſilio deprauatus intan
tum in viri dei odium incitatur ꝙ opportu-
nitatem in modum mortis eius attentius in
quirebat: ſed epiſcopus valde ferens ⁊ oēs
inimicos ſuos vt amicos amplectens egit
cum rege: vt diem paſce in vrbe cui pre-
erat celebrarent: ⁊ ecce illa die nunciatum
eſt ei ꝙ rex in illa nocte quicquid de morte
eius tractauerat perficere decreuiſſet. At
ille nihil trepidans: ſed illa die cum rege in

mēſa cōmunicans perſecutorē ſic fugit: ꝙ i luxumēſi monaſterio dño ſeruiēs etiā ebroino qui in monaſtico habitu latitabat ſedula charitate ſeruiuit. Poſt modicū autē rex moritur ⁊ Theodericus in regnū ſublimat̃ Quapropter leodegarius populi ſui lachrymis ⁊ precibus motus: ⁊ abbatis īperio cōpulſus ad ſedē ſuam rediit. At ebroinus ꝓtinus apoſtatauit ⁊ regis ſeneſcalcus ordinat⁹ ē: qui licet prius malus fuerit: tamē poſtea fuit peior: totoq; ſtudio leodegariū occidere nitebat̃. Miſſis igitur militib⁹: ꝗ eū caperent: cū hoc leodegarius cōperiſſ; eorū furori cedens dum in habitu pontificali de vrbe egrederetur a militib⁹ capitur: qui ei ſtatim oculos eruerunt. Poſt bienniū vero ſanctus Leodegarius cū fratre ſuo garino: quem ebroinus exiliauerat in palatiū regis adduct⁹: cū ad irriſionē ebroini ſapiēter ⁊ pacifice reſponderet neq; ille iuſſit garinū lapidibus obrui: ſanctūq; epiſcopū tota die nudis pedib⁹ per quēdā fluuiū ſuper acutiſſimos lapides decurrētē deduci: ⁊ audiens ꝙ in his tormentis deū laudaret linguam eius precidi fecit: ⁊ poſtmodū eū cuidā cuſtodi tradidit vt ipſū nouis ſupplicijs reſeruaret. Ille aũt vſum loquendi non perdidit: ſed p̃dicatiōi ⁊ exhortationi ꝓut poterat vacabat: predixitq; quando ⁊ qualiter ipſe ⁊ ebroin⁹ ex hac vita migrarent. Lux autē imenſa in modū corone caput ei⁹ circūdedit: quā cū multi vidiſſēt ꝗd hoc eēt ab ſp̄o ep̄o q̄ſierūt. at ille ſe in orōne ꝓſternens gratias deo rettulit: ⁊ oēs aſtātes vt i meli⁹ vitā mutarēt admonuit: quod ebroin⁹ audiens ⁊ iuidēs: miſſis quatuor ſpiculatoribus ipſū decollari p̃cepit. Cū ergo ip̄m ducerēt ait eis. Nō ē ingt op⁹ fratres vos diuti⁹ fatigari: ſ; hic iplete deſideriū ei⁹ ꝗ vos miſit. Ad hec ꝟba tres illoꝝ adeo ſunt compuncti ꝙ ad pedes ei⁹ ꝓcidētes veniā p̃cabantur Quart⁹ ꝟo cū eū decollaſſ; ꝓtin⁹ a d̃mone arrept⁹: ⁊ i ignē ꝓiect⁹ vitā miſerabiliter terminauit. Biēnio expleto audiēs ebroin⁹ corp⁹ ſācti viri multis miraculis illuſtrari: miſerabilit̃ cruciat⁹ inuidia militē illuc miſit vt an ſic ſe haberet ꝟitas īſinuaret. Miles aũt ſupb⁹ ⁊ arrogās cū illuc veniſſ; calce tūbā ſci ꝑcutiēs exclamauit. Moriat̃ ꝗ mortuū miracula poſſe facere credit: mox ille arrept⁹ a d̃monio ſubito morte ſua ſcūʒ āplius cōmēdauit. His auditis ebroinus amplius inuidia torquebatur: ⁊ famam ſancti extinguere molliebatur: ſed iuxta predicationē ſācti gladio nequiter neq; ipſe occidit̃. Paſſus eſt aũt circa ānum dñi. dc.lxxx. tēpore Conſtantini quarti.

¶ De nomine.

Franciſcus prius dictus eſt Joannes: ſed poſtmodum mutato noīe franciſcus vocat⁹ eſt. Cuius nominis mutationis multiplex cauſa fuiſſe videtur. ¶ Primo ratione miraculi commutandi liguā gallicā quā miraculoſe a deo recepiſſe cognoſcit̃: vnde dr̃ i legenda ſua: quia ſēp cū ardore ſci ſpūs repleret̃: ardētia foris verba eructās gallice loquebat̃. Scđo rōne officij diuulgādi. Vñ dr̃ i legēda ſua ꝙ diuina ꝓuidentia ſibi hoc vocabulū indidit: vt ex ſingulari ⁊ inſueto nomine opinio miniſterij ei⁹ toti cit⁹ inoteſceret orbi. Tertio rōne effectus cōſequēdi: vt. ſ. per h̃ daret̃ ītelligi ꝙ ip̄e ꝑ ſe ⁊ ꝑ ſuos filios multos ſeruos peccati ⁊ diaboli debebat francos. i. liberos facere. Quarto rōne magnanimitatis in corde. Nā frāci a ferocitate ſūt dicti: qꝛ eis ineſt naturalis feritas ⁊ magnanimitas aioꝝ. Quinto rōne virtuoſitatis i ſmone: qꝛ ei⁹ ſmo inſtar ſecuris vitia incidebat Sexto rōne terroris i demonum fugatiōe. Septimo rōe ſecuritatis: ⁊ ex virtute ⁊ operum ꝑfectione: ⁊ honeſtatis conuerſatione. Aiūt. n. frāciſcas dici ſigna q̄dā īſtar ſecuriū q̄ rome an̄ cōſules ferebāt̃: q̄ erāt i terrorē ⁊ i honorē.

¶ De ſcō Franciſco.

xit: quos cũ aduocati pãnoſos vidiſſẽt: eos
i animo ꝯtẽpſerũt. Quib⁹ Simõ. Sepe eue
nit vt iter ſcrinia aurea ꝛ gẽmata vilia que/
q; habeantur incluſa: ꝛ intra viliſſimas ꝛ li/
gneas capſas ſint gẽmarũ monilia pꝛecioſa
cõpoſita. Quicũq; ergo alicui⁹ rei cupit eẽ
poſſeſſoꝛ non magnopere geſtatoꝛiũ: ſ; ip;
quod geſtatur expectat. Pꝛomittite igitur
vos ab idoloꝝ cultura diſcedere: ꝛ ſolũ deũ
inuiſibilẽ adoꝛare: ꝛ ſignũ crucis i frontib⁹
veſtris faciem⁹: ꝛ magos ꝯfutare poteritis.
Qḋ cũ feciſſent ꝛ in frontib⁹ ꝯſignati eſſent
ad regẽ coꝛã magis iterum ingreſſi ſunt: et
cũ a magis ſuperari non poſſẽt: imo ipſis co
ram oĩbus iſultarent: irati magi multitudi/
nẽ ſerpentiũ aduenire fecerunt: ſtatiq; ad
iuſſũ regis venientes apoſtoli pallia ſua de
ſerpentib⁹ iplenerũt ꝛ in magos ꝓiecerunt
dicentes. In nomine dñi non moꝛiemini ſ;
a ſerpentib⁹ lacerati doloꝝ veſtroꝝ mugit⁹
dabitis. Cũ ergo ſerpẽtes carnes eoꝝ come
derent: ꝛ ipſi tanq̃ lupi vlularent rex ꝛ cete

ri rogabãt apoſtolos: vt eos a ſerpẽtib⁹ oc/
cidi pmitterẽt: quib⁹ apoſtoli rñderũt. Nos
miſſi ſum⁹ reducere de moꝛte ad vitã: non a
vita pꝛecipitare in moꝛtẽ. Et facta oratione
iuſſerunt ſerpentib⁹: vt oẽ venenũ qḋ infu/
derũt reuocarẽt: ꝛ poſtmodũ ad loca ſua re
dirent. Maioꝛes ãt cruciatus magi ſenſe/
runt: cu venena ſerpẽtes retraherẽt: q̃; cu;
ante carnes comederẽt: quib⁹ apoſtoli dixe
runt. Tribus dieb⁹ doloꝛes ſentietis: tertia
vero die ſani eritis: vt vel ſic a veſtra mali/
tia recedatis: cũ ergo trib⁹ dieb⁹ ſine cibo ꝛ
potu ac ſõno doloꝛib⁹ nimiũ cruciati mãſiſ/
ſent. apoſtoli veniẽtes ad eos dixerũt. Nos
dignať dñs habere coacta ſeruitia: ideoq;
ſurgite ſani ꝛ abite: habẽtes liberã faculta/
tẽ faciendi quod vultis. Illi ãt i malitia per/
durãtes ab eis fugerunt: ꝛ pene contra eos
totã babyloniã cõmouerũt. ¶ Poſt h̃ filia
cuiuſdã ducis ex foꝛnicatione cõcepit ꝛ fili/
um parturiens quẽdã ſanctũ diaconũ infa
mauit ꝙ eã violauerit ꝛ ex ipo ꝯcepit. Cũ ãt
parẽtes puelle diaconem occidere vellẽt:
apoſtoli aduenerũt: ꝛ qñ puer nat⁹ ſit regrũt.
q rñderũt. Hodie pꝛma hoꝛa diei. dixerũtq;
apoſtoli. Infantẽ huc adducite. ꝛ diaconem
quem accuſatis huc ẽt pducite: qḋ cũ factũ
eẽt apoſtoli iſanti dixerũt. Dic iſans in noie
dñi ſi iſte diacon⁹ hoc pſũpſit. Ad hoc iſans
Iſte igť diacon⁹ caſt⁹ ꝛ ſcũs eſt: nec vnq̃ car
nẽ ſuã coinquinauit. Cũ ãt parẽtes iſtarent
vt apoſtoli quererent: q̄s actoꝛ hui⁹ ſceleris
fuiſſet: rñderunt apoſtoli. Nos inocẽtes ab/
ſoluẽ decet: nocẽtes ꝓdere ñ decet. ¶ Tũc
ẽt tẽpoꝛis cõtigit: vt due tygrides ferociſſi/
me que i ſingulis caueis clauſe erãt fugerẽt
ꝛ oẽs qui ſibi occurrerẽt deuoꝛarẽt. Tunc
apoſtoli ad eas venerũt ꝛ in noie dñi eas ve
lut oues manſuetas fecerũt. Uolẽtib⁹ autẽ
apoſtolis inde diſcedere rogati per annum
ꝛ tres mẽſes ibidem permanſerunt. In quo
ſpacio plus q̃; ſexagita milia hominũ exce/
ptis paruulis cũ rege ꝛ pꝛincipibus baptiza
ti ſunt. Pꝛedicti autem magi ad quandam
ciuitatem nomine ſenair: vbi erãt. 80. idolo/
rũ põtifices venerũt: ꝛ eos cõtra apoſtolos
concitauerunt: vt cũ illuc venirent aut eos

ſacrificare cõpellerent: aut penitꝰ necarẽt
Perluſtrata igitur vniuerſa prouincia cuꝫ
apoſtoli ad predictã ciuitatẽ veniſſent: ecce
predicti pontifices cũ vniuerſo populo eos
capiũt ⁊ ad templum ſolis deducunt. Demo
nes autẽ per energuminos clamare cepe/
runt: quid nobis ⁊ vobis apoſtoli dei viui?
Ecce in ingreſſu veſtro flãmis exurimur.
Tunc angelus dñi eis apparẽs dixit. Unũ
e duobꝰ eligite: aut boꝛũ repentinũ interitũ
aut veſtrum martyriũ. Cui apoſtoli. Tãta
eſt miſericoꝛdia dei vt ⁊ iſtos conuertat: ⁊
nos ad palmã martyrij perducat: facto aũt
ſilentio apoſtoli dixerunt. Ut ſciatis ꝙ hec
idola demonibus plena ſunt: ecce eis impe/
ramus: vt exeant ⁊ ſinguli ſimulacra ſua cõ
fringant. Statiq̃ꝫ duo ethiopes nigri ⁊ nu/
di cunctis videntibus ⁊ ſtupentibus de ſi/
mulacris exierunt: ⁊ confractis illis cũ di/
ris vocibus abſceſſerunt: quod vidẽtes põ
tifices i apoſtolos irruerunt ⁊ eos ꝓtinus
trucidarunt. In ipſa ãt hoꝛa cũ nimia eẽt ſe
renitas tanta fulgura extiterunt: vt tẽpluꝫ
ipſũ trifarie ſcinderetᷣ: ⁊ illi duo magi i car/
bones ictu fulguris verterentur. Rex aũt
coꝛpoꝛa apoſtoloꝝ ad vrbẽ ſuã tranſtulit: ⁊
in honoꝛẽ eoꝝ eccleſiam mire magnitudinis
fabꝛicauit. De beato autẽ Simone in pluri/
bus locis inuenitᷣ: ꝙ crucis patibulo ſit affi
xus: quod etiã Iſidoꝛus i libꝛo de obitu apo
ſtoloꝝ. et Euſebius in hiſtoꝛia eccleſiaſtica:
⁊ Beda ſuper actꝰ: ⁊ magiſter Joannes be/
let in ſũma ſua teſtatᷣ: cũ enim vt aiunt i egy
pto ꝑdicaſſet hieroſolymã redijt ⁊ poſt moꝛ/
tẽ iacobi minoꝛis in epiſcopũ hieroſolymita
nũ ab apoſtolis vnanimiter ẽ electꝰ: ⁊ ante
moꝛtẽ ſuã triginta moꝛtuos ſuſcitaſſe narra
tur. Unde cantatur de eo: terdenos moꝛtu/
os fluctibus merſos humane vite reddidit
Cum autẽ eccleſiam hieroſolymitanam per
annos multos rexiſſet: ⁊ annũ centeſimum
⁊ vigeſimũ ageret tẽpoꝛe traiani imperato/
ris cum atticus conſularis hyeroſolimis ha
beretur: ab eo capitᷣ ⁊ iniurijs multis afficitᷣ
Ad vltimum i cruce ipſũ affigi iuſſit omnibꝰ
qui aderant ⁊ ipſo iudice mirantibus: vt cen
tũ viginti ãnoꝝ ſenex crucis ſuppliciũ per/
tuliſſet: nonnulli vero dicunt ſicut eſt rei ve
ritas: ꝙ non fuit iſte ſimõ q crucis martyriũ
pertulit: ſed fuit aliꝰ ſimon filius cleophe fra
ter Joſeph: quod etiã euſebiꝰ ceſarieñſis epẽ
in ſua chꝛonica teſtatᷣ. Idem dicunt Iſidoꝛꝰ
⁊ beda in ſuis chꝛonicis. Nã Iſidoꝛus ⁊ Eu
ſebius quod priꝰ dixerunt: poſtmodũ i chꝛo
nicis coꝛrexerunt: quod patet per bedã qui
ſe h̃ ſenſiſſe redarguit i retractationibꝰ ſuis
Uſuardus quoq̃ꝫ in ſuo martyrilogio idem
teſtatur. ❡ De ſancto Quintino.

Quintinus genere nobilis ⁊ ciuis romanꝰ ad
vrbem ambianẽſem veniẽs ⁊ mul
ta miracula faciẽs iuſſu maximiani a pꝛefe/
cto vrbis capitᷣ: ⁊ vſq̃ꝫ ad defectũ cedentiũ
verberatꝰ carceri mãcipatᷣ: ſed ſoluente eũ
angelo i mediã vrbẽ iuit: ⁊ ibi populo pꝛedi/
cauit: vnde iterũ captꝰ ⁊ i eculeo vſq̃ꝫ ad ru
ptionẽ venarũ diſtentus neruis quoq̃ꝫ cru/
dis duriſſime ceſus oleũ picẽ ⁊ adipẽ feruẽ
tiſſimũ tolerauit. Et cũ pꝛeſidem derideret
iratus calcẽ: ⁊ acetũ ⁊ ſinapꝛiũ i os eius ꝓie
cit: ſed cũ adhuc imobilis ꝑmaneret ⁊ apud
veromandum adductꝰ fuiſſet duos clauos
a capite vſq̃ꝫ ad crura: ⁊ decem inter vngu
las ⁊ carnes pꝛeſes infigens tandem eũ de/
collari fecit. Cuius coꝛpus in flumine pꝛoie
ctũ cum per annos. 55. latuiſſet: a quadã ma
trona nobili romana taliter repertũ ẽ. Nã
dũ aſſidue oꝛationi vacaret nocte ab ange
lo monita ad caſtrũ veromandum pꝛopera
re iubetur: vt in tali loco coꝛpus ſãcti Qui/
tini requireret ⁊ honoꝛifice ſepeliret. Cum
igitur ad pꝛedictũ locũ cũ multo comitatu
veniſſet: ⁊ oꝛationẽ ibidẽ effunderet: coꝛpꝰ
ſancti Quintini incoꝛruptũ: ⁊ redolẽs ſuꝑ
fluuiũ ꝓtinꝰ enatauit: qꝺ ſepeliẽs ꝓ ſepultu
re beneficio lumen oculoꝛum recepit: ⁊ ibi/
dẽ edificata eccleſia ad pꝛopꝛia remeauit.

❡ De ſancto Euſtachio.

Euſtachius antea placidꝰ vocabatᷣ. Hic
erat magr̃ militũ traiani ĩpatoꝛis. Erat aũt
opibꝰ miſericoꝛdie valde aſſiduꝰ: ſꝫ tñ idolo/
rũ cultui deditꝰ. Habebat ãt cõiugẽ eiuſdẽ
ritꝰ ⁊ miſericoꝛdie exiſtentem: duoſq̃ꝫ filios



pꝛocreauit quos iuxta ſuã magnificẽtiã ma
gnifice educari fecit. Et qꝛ opibꝰ miſericoꝛ/
die ſedulus inſiſtebat ad viã veritatis me/
ruit illuſtrari: quadã enim die cũ venationi
inſiſteret gregem ceruoꝛum repperit: inter
quos vnũ ceteris ſpecioſioꝛẽ ⁊ maioꝛẽ con/
ſpexit qui ab alioꝛũ ſocietate diſcedens in
ſiluam vaſtioꝛẽ pꝛoſilijt. Uerum alijs militi
bus circa ceruos reliquos occupatis placi
dus hunc toto niſu inſeq̃uitᷣ: ⁊ ipſuꝫ capere
nitebatᷣ: quẽ cum totis viribꝰ inſequeretur
ceruus tãdẽ ſuper quãdã rupis altitudinẽ
conſcendit: ⁊ placidus appꝛopians quali
ter capi poſſet animo ſedulus reuoluebat:
qui cũ ceruum diligenter cõſideraret vidit
inter coꝛnua eius foꝛmã ſancte crucis ſupꝛa
ſolis claritatẽ fulgẽtẽ: ⁊ imaginẽ ieſu chꝛiſti
q per os cerui: ſicut olim per aſinã balaã: ſic
ei locutus ẽ dicẽs. O placide quid me per/
ſequeris? Ego tui gratia in hoc animali tibi
apparui. Ego ſum xp̃s quẽ tu ignoꝛans co/
lis: elemoſyne tue coꝛã me aſcenderũt ⁊ ob
hoc veni: vt per hunc quẽ venabaris ceruũ
ego quoq̃ꝫ te ipſe venarer. Alij tamẽ dicũt
ꝙ ipſa imago xp̃i que inter coꝛnua cerui ap
paruit: hec verba ꝓtulit. Hec audiens placi
dus nimio timoꝛe coꝛreptꝰ de equo in terrã
ꝓcidit: ⁊ poſt vnã hoꝛam ad ſe rediẽs de ter
ra ſurrexit ⁊ ait. Reuela mihi q̃d loqueris: ⁊
ſic credam in te. ⁊ ait xp̃s. Ego placide ſum
xp̃s q celũ ⁊ terrã creaui: q lucẽ oꝛiri feci ⁊ a
tenebꝛis diuiſi: q tẽpoꝛa dies ⁊ annos cõſti/
tui: q hoĩem de limo terre foꝛmaui: q ꝓpter
ſalutẽ humani generis i terris i carne appa/
rui: q crucifixus ⁊ ſepultus tertia die reſur/
rexi. Hec audiens placidus iterum in terra
decidẽs ait. Credo domine: qꝛ tu es qui oĩa
feciſti: ⁊ q errãtes ꝯuertis. ⁊ dixit ad eũ dñs.
Si credis: vade ad ep̃m ciuitatis: ⁊ te bapti/
zari facias. Cui placidꝰ. Uis dñe vt hec ea/
dẽ vxoꝛi mee ⁊ filijs nũciem: vt ipſi pariter i
te credãt? cui dñs. Renũcia illis vt ipſi pa/
riter tecũ mũdentur: tu quoq̃ꝫ die craſtina
huc venias: vt tibi rurſus apparẽã: ⁊ q̃ futu
ra ſint plenius tibi pandam. Cum ergo do/
mum veniſſet: ⁊ hec vxoꝛi i lecto renũciaſſꝫ
exclamauit vxoꝛ eiꝰ dicẽs. Dñe mi ⁊ ego eũ
tranſacta nocte vidi dicenteꝫ mihi. Cras tu
⁊ vir tuus ⁊ filij tui ad me venietis: ⁊ nunc
cognoui qm̃ ipſe eſt ieſus xp̃s. Perrexerũt
igitᷣ ad ep̃m rome media nocte q eos cũ ma/
gno gaudio baptizauit: ⁊ placidũ euſtachiũ
vocauit: eiꝰ vxoꝛem teoſpitem: ⁊ filios eius
agapitum ⁊ theoſpitum. Mane facto Eu/
ſtachiꝰ ſicut pꝛius ad venationẽ pꝛoceſſit: ⁊
pꝛope locũ vẽiẽs milites ſuos quaſi ſub ob/
tentu inueſtigande venationis diſperſit.
Stãſq̃ꝫ i loco foꝛmã pꝛime viſionis aſpexit.
cadẽſq̃ꝫ i faciẽ ſuã dixit. Supplico dñe: vt
manifeſtes q̃ ꝓmiſeras ſeruo tuo. Cui dñs.
Beatus es Euſtachi qui accepiſti lauacrũ
gratie mee: quia modo diabolum ſuperaſti
modo eum qui te deceperat conculcaſti.
modo apparebit fides tua. Diabolus enim
eo ꝙ ipſũ dereliqueris ꝯtra te ſeue armatᷣ
Opoꝛtet igitᷣ te multa ſuſtinere: vt accipi/
as coꝛonã victoꝛie. Opoꝛtet te multa pati
vt de alta ſeculi vanitate humilieris: ⁊ rur/
ſus ſpirantibꝰ diuitijs exalteris. Tu ergo
ne deficias: nec ad gloꝛiã pꝛiſtinã reſpicias
qa ꝑ tẽtationẽ opoꝛtet te alteꝝ Job demõ/
ſtrari: ſꝫ qñ humiliatus fueris veniam ad
te: ⁊ i gloꝛiã ꝑſtinã reſtituã te. Dic ergo ſi mo
do tẽtationẽ vis accipere. aut i fine vite. di/
cit ei euſtachiꝰ. Dñe ſi ita fieri opoꝛtet: mõ
nobis accidere tẽtationẽ iube: ſꝫ virtutẽ pa
tientie tribue. cui dñs. Cõſtãs eſto: quia gra
tia mea cuſtodiet aĩas veſtras: ſicq̃ꝫ dñs i ce
lo aſcẽdit: ⁊ euſtachiꝰ domũ rediẽs hec vxo/
ri ſue nũciauit. Poſt paucos igitᷣ dies moꝛs
peſtifera cunctos ſeruos ſuos ⁊ ancillas
ſuas inuaſit: ⁊ vniuerſos ſeruos occidit. Dei/
de poſt aliquod tẽpꝰ oẽs eq̃ ⁊ oĩa eiꝰ pecoꝛa
ſubito interierũt. Quidã aũt ſceleſti eius de/
pꝛedationẽ vidẽtes: ⁊ ꝑ noctẽ in domũ eius
irruentes: cũcta que reperierũt aſpoꝛtarũt
⁊ domũ totã auro ⁊ argento ⁊ rebꝰ alijs ſpo
liarũt: ⁊ ipſe cũ vxoꝛe ſua ⁊ filijs gr̃as agẽs
nocte aufugit nudus: qui ruboꝛem veren/
tes egyptum pergebant: totaq̃ꝫ eius poſſeſ
ſio per rapinam maloꝛum ad nihilum eſt re
dacta. Rex autem totuſq̃ꝫ ſenatus pꝛo ma
giſtro militum tam ſtrennuo multum do/
lebant: eo ꝙ de eo nullum indicium repe/

rire poterant. Cum autem iter agerent ap/
propinquauerunt mari: ⁊ inuenientes nauē
ſup eam nauigare ceperūt. Uidēs aūt dñs
nauis vxorē Euſtachij ꝙ pulchra eēt ipſam
plurimū hēre deſiderauit. Cū ḋo tranſfre/
taſſent naulū ab eo exigebat. nō hēntibꝰ ḋo
illis vñ ſoluerēt iuſſit ꝓ naulo detineri vxo
rē: volēs illā ſecū habere: qḋ vt Euſtachius
audiuit nullatenꝰ aſſētire voluit. diu ḋo eo
cōtradicēte innuit dñs nautis ſuis: vt eum in
mare ꝓcipitarēt vt ſic vxorē ſuā habere poſ
ſet: qḋ cū Euſtachiꝰ cōperiſſet vxorē eius tri
ſtis reliqt: ⁊ duos ifantes accipiēs. ingemi/
ſcēs ibat ac dicens. Ueh mihi ⁊ vobis quia
mater veſtra alienigene marito tradita ē: ꝑ/
ueniēſq; ad quendā fluuiū ꝓpter aquarū
abūdantiā nō ē auſus cū duobꝰ filijs fluuiū
ꝑtranſire: ſ; vno citra ripā fluminis relicto
alterꝝ trāſportabat. Qui cū fluuiū tranſua/
daſſet illū ifantē quē baiulauerat ſup terrā
poſuit: ⁊ ad accipiendū aliū feſtinauit. Cum
aūt circa medium fluminis ꝑueniſſet: ecce
lupꝰ cōcitꝰ venit: ⁊ infantē quē depoſuerat
rapiens i ſiluā aufugit: q de eo deſperans
ad aliū feſtinabat. Sz cū abiret leo venit: ⁊
aliū filiū rapiens abijt: vñ eū cōſequi nō va
lens cū eſſet in medio fluminis: cepit plāge
re ⁊ capillos ſuos euellere: volēs ſe i aquā
ꝓijcere: niſi eū diuina ꝓuidentia continuiſ/
ſet. Paſtores aūt videntes leonē puerū vi/
uū portantē eū cū canibus inſecuti ſunt. per
diuinā āt diſpēſationē leo puerū illū abijci/
ciens receſſit. Quidā iſuper aratores poſt
lupū iclamantes puerū de eiꝰ faucibꝰ icolu/
mē liberauerūt. Utriq; ḋo. ſ. paſtores ⁊ ara
tores de vno vico fuerunt: ⁊ penes ſe pue
ros nutrierūt. Hoc ḋo euſtachius neſciebat
ſ; merēs ac plorās ibat dicēs. Heu mihi: qꝛ
ante vt arbor pollebā ſ; modo penitꝰ ſū nu/
datus. Heu me qꝛ multitudine militū circū
dari ſolebā: ſ; nūc ſolus remanēs nec filios
ſum conceſſus habere: memini dñe te mihi
dixiſſe: qꝛ oportet te tētari ſicut iob: ſ; ecce
plus aliqd in me fieri video. Ille. n. ⁊ ſi poſ/
ſeſſionibꝰ nudatus fuerit: ſterquiliniū habuit ſu
per quo ſedere potuit. Mihi āt nihil horum
remāſit: ille amicos ſibi cōpatiētes habuit
Ego imites feras habui q̄ meos filios rapu
erunt: illi vxor ē relicta: a me ḋo ablata. Da
requiē dñe tribulationibus meis: ⁊ pone cu
ſtodiā ori meo: nec decliet cor meū i vba ma
litie: ⁊ eijciar a facie tua. Et h̄ dicēs cum la/
chrymis ad quēdā vicū abijt: ⁊ data merce/
de ſibi agros illorꝫ hominū per ānos. xv. cu
ſtodiuit. Filij āt eiꝰ in altero vico educati ſūt
nec ſe eē frēs ſciebāt. Dñs āt vxorē Euſta
chij cōſeruauit nec illā ille alienigena cogno
uit: ſed poſtꝰ eā intactā dimittēs vitā finiuit
Imperator āt ⁊ populus romanꝰ plurimū
ab hoſtibus moleſtabatur: ⁊ recordatꝰ placi
di q̄ ſtrenue cōtra ipſos hoſtes ſepius dimi/
caſſet de eiꝰ ſubita mutatiōe plurimū triſta
batꝰ: dixitq; multos milites per diuerſas
mūdi ꝑtes ꝓmittēs oībꝰ q cū iueniſſēt mul/
tas diuitias ⁊ honores. Duo āt ex militibꝰ q
aliqñ placido miniſtrauerant ad ipm vicū i
q̄ degebat venerūt: qs placidꝰ ḋ agro veīre
cōſiderās eos ex iceſſu ꝓtinꝰ recognouit: ⁊ vēi/
ens i memoriā dignitatis ſue ꝑturbari cepit
ac dicē. Dñe ſic iſtos q aliqñ mecū fuerūt ꝓ/
ter ſpē vidi: ſic da vt aliqñ cōiugē meā videē
poſſi: nā ḋ filijs ſcio ꝙ a feris comeſti ſūt. ve/
nit āt ad eū vox dicēs. Cōfide euſtachi quia
cito honorē tuū recuperabis ⁊ filios ⁊ vxorē
recipies. Cū igr̄ militibꝰ obuiaſſ; ipſi eū mi/
nime cognouerūt. Cūq; eū ſalutaſſēt q̄ſierūt ſi
aliquē ꝑegrinū noīe placidū cū vxore ⁊ duo
bꝰ filijs cognoſceret. Ille āt ſe neſcire ꝓfeſſus ē
ad ꝓces tñ eiꝰ i hoſpitio diuerterūt: ⁊ euſta/
chiꝰ eis ſeruiebat: ⁊ recolēs ſtatū ſuū p̄ſtinū
lachrimas ꝯtinēri poterat. egreſſus āt foras
ſuā faciē lauit: ⁊ iterꝝ rediēs eis ſeruiebat. Illi
ḋo ꝯſiderātes adinicē dicebāt. q̄ ſilis ē hō
hic illi quē q̄rimꝰ ⁊ rñdēs alr̄ dixit. Ualḋ gdē
ſilis ē. Cōſideremꝰ igr̄ ⁊ ſi hȝ ſignū cicatricis
i capite qḋ ſibi i bello accidit: ipe ē: ⁊ reſpici/
entes ⁊ ſignū vidētes ipm eē quē q̄rebāt ꝓ/
tinꝰ cognouerūt: ⁊ iſilietes ⁊ oſculātes eum de
vxore ⁊ filijs eū ſciſcitati ſūt. q dixit eis: ꝙ fi
lij mortui eēnt ⁊ vxor ꝯtēta. Uicini aūt oēs
quaſi ad ſpectaculum cōcurrebant dū mili
tes eius virtutē ⁊ p̄mā gloriā predicabāt.
Tūc milites preceptum impatoris ei expo/
nunt: ⁊ optimis idumētis ipſū induūt. Poſt



iter quindecim dierū ad imperatorē deue/
nerūt: qui eiꝰ aduētū audiēs ꝓtinꝰ eidē oc/
currit: ⁊ ipſum videns i oſcula eiꝰ ruit: narra
uitq; oībꝰ cūcta q̄ ſibi ꝑ ordinē accidiſſēt: ſta
timq; ad magiſteriū militie trahit: ⁊ idē qḋ
priꝰ offiñ exercere compellit: q numeratis
militibus ⁊ paucos contra tot hoſtes eē co/
gnoſcens iuſſit tyrones colligere ꝑ oēs ciui
tates ⁊ vicos: cōtigit aūt illā terrā i qua fi/
lij eiꝰ educati ſūt deſcribi: vt darēt duos ty/
rones. Uniuerſi aūt eiuſdē loci incole illos
duos iuuenes: tāq; ceteris aptiores magi/
ſtro militū cōſignarūt: vidēs vero iuuenes
elegātes ⁊ morꝝ honeſtate compoſitos cum
ſibi plurimū placuiſſēt inter primos ꝯuiuas
ſuos ordinauit eoſdē. ⁊ ſic ꝓfectꝰ ad bellū
ſubiectis hoſtibus exercitum ſuum tribꝰ di/
ebus i quodā loco vbi vxor ſua pauper ho/
ſpita manebat requieſcere fecit. Illi vero
duo adoleſcētes in tabernaculo matris ſue
nutu dei hoſpitati ſūt neſciētes ꝙ mater ſua
eēt: ⁊ ſedētes circa meridiē ⁊ mutuo confa
bulantes exponebant ſibi inuicem de infā/
tia ſua. Mater vero eorꝝ decontra ſedēs
que ipſi referebant: attētius audiebat. Dice
bat enim maior minori. Ego dū infans eēm
nihil aliud recolo: niſi ꝙ pr̄ meꝰ magiſter mi/
litū erat: ⁊ mater mea ſpecioſa valde. duoſ/
q; filios habuerūt. ſ. me ⁊ aliū minorē me: q
⁊ ipſe ſpecioſus valḋ erat. Accipiētes q; nos
egreſſi ſūt de domo nocte: ingreſſiq; ſūt na/
uem neſcio quo euntes. Cū aūt ḋ naui egre
deremur mr̄ nr̄a neſcio quomodo i naui reli
cta ē. Pr̄ vero noſter portās nos duos flēs
ꝑgebat: perueniēſq; ad quēdam fluuium
trāſiuit cū fratre meo iuniore: ⁊ me ſup ri/
pam fluminis dereliqt. Cū aūt reuerteret
vt me acciperet: lupus venit: ⁊ illū ifātē ra/
puit: ⁊ anteq; ad me appropinquaret leo de
ſilua exiens me rapuit: ⁊ in ſiluam deduxit.
Paſtores ḋo eruerūt me ḋ ore leonis: ⁊ nu/
tritus ſū i illa poſſeſſiōe i qua ⁊ ipſe ſis: ⁊ nō
potui ſcire quid factū ſit de pr̄e meo: neq; ḋ
infāte. Hec audiēs minor cepit flere ac di/
cere. Per deū vt audio frater tuꝰ ſū ego: q̄/
niā ⁊ q me educauerūt: h̄ dicebāt ꝙ de lupo
eruimꝰ te: ⁊ i amplexus ruētes oſculaban/
tur ſe inuicē ⁊ fleuerūt. Audiēs hec mater
eorꝝ: ⁊ cōſiderās ꝙ euētū ſuū ita ſeriatī di/
xiſſēt diu apḋ ſe tractauit ſi illi filij ſui eēnt.
Altera aūt die ad magiſtꝝ militū adijt: ⁊ in/
terpellauit eū dicēs. Deprecor te dñe: vt me
ad pr̄iā meā ꝑduci iubeas. ego eni ḋ terra ro
manorꝝ ſū: ⁊ peregrina hic ſū. Et hec dicēs
vidit i eo ſigna mariti ſui ⁊ eū cognoſcēs cū
ſe iā cōtinere nō poſſet: ꝓcidit ad pedes eiꝰ
⁊ ait. Precor te dñe vt exponas mihi p̄ſtinā
vitā tuā: puto eni ꝙ tu ſis placidus magi/
ſter militū q alio noīe diceris euſtachiꝰ: quē
placidū ſaluator cōuertit: q talē ⁊ talē tēta/
tionē ſuſtinuit: cui vxor: que ego ſū in mari
ablata fuit: q̄ tamē ab oī corruptiōe ſeruata
ſū: q ⁊ duos filios. ſ. Agapitū ⁊ theoſpitū ha
buit. Hoc audiēs euſtachiꝰ ⁊ ipſā diligēter
cōſiderās vxorē ſuam recognouit: ⁊ lachry/
matꝰ ꝓ gaudio ipſā oſculatꝰ ē: glorificās de/
um q cōſolatr̄ afflictos. Tūc dic ei vxor ſua
Dñe vbi ſūt filij nr̄i: q ait. a feris capti ſūt: ⁊
expoſuit ei quō ꝑdidit illos. ⁊ illa. Gr̄as aga
mus deo. puto enim ꝙ queadmodū deꝰ do
nauit nobis vt inueniremus nos iuicē: dona
bit etiā recognoſcere filios nr̄os. Et ille. Dixi
tibi ꝙ a feris capti ſūt. ⁊ illa. heſterna die ſe/
dēs i horto audiui duos iuuenes ſic ⁊ ſic ſu
am ifantiā exponentes: ⁊ credo ꝙ filij noſtri
ſint. Interroga igitur ab eis: ⁊ dicēt tibi: ⁊ cō
uocans eos euſtachius ⁊ audiens ab eis in/
fantiam ſuam recognouit ꝙ filij ſui eſſent.
Et amplectentes eos ipſe ⁊ mater ſuper eo/
rum collum plurimum fleuerūt: ⁊ crebrius
eos oſculabantur. Omnis igitur exercitus
plurimum gaudebat: ⁊ de inuentione eorū
⁊ de victoria barbarorꝝ. Cū igr̄ rediret cō/
tigit iā traianum obijſſe: ⁊ ſucceſſiſſe ei pe/
iorem in ſceleribus adrianum: qui pro victo
ria obtenta ⁊ inuentione vxoris ⁊ filiorum
magnifice eos ſuſcepit: ⁊ magnum conuiui/
um preparauit. Altera āt die ad tēplū ido/
lorum proceſſit: vt ibi ſacrificaret pro vi/
ctoria barbarorum. Uidēs vero imperator
ꝙ euſtachius nec pro victoria nec pro inuē/
tione ſuorum ſacrificare vellet hortabatur
vt ſacrificium immolaret. cui Euſtachius.
Ego chriſtum deum colo: ⁊ illi ſoli ſacrifico

Tunc imperator ira repletus ipſū cū vxore
⁊ filijs i arena ſtatuit: ⁊ leonē ferocē ad eos
dimitti fecit. Accurrēs vero leo ⁊ demiſſo
capite quaſi eos adorās: ab eis humiliter re
ceſſit. Tūc īpator bouē eneū incendi fecit: ⁊
eos ibidē viuos mitti mādauit. Orātes igr̄
ſci. ⁊ ſe dn̄o cōmēdātes bouem ītrauerūt: ⁊
ibidē dn̄o ſpm̄ reddiderūt. Tertia aūt die d̄
boue coram īpatore extracti: ita penit⁹ in-
tacti inuēti ſūt: φ nec capillos nec qcq̄d eorū
vapores icēdij aliqten⁹ ɔtigerūt. Chriſtiani
vero eorū corpora tulerūt: ⁊ i loco celeberri
mo recōdētes ibidē oratoriū cōſtruxerunt.
Paſſi ſunt autem ſub adriano: q cepit circa
annum domini. izo. calendis nouembris: vl'
ſcdm̄ quoſdam. iz°. calendas octobris.

¶ De feſtiuitate omnium ſanctorū.

Omnium ſcōrū feſtiuitas q̄-
tuor de cauſis iſti-
tuta fuiſſe videt̄. Primo ꝑpter cuiuſdā tē-
pli dedicationē. Secūdo ꝑpter omiſſorum
ſuppletionem. Tertio ꝑpter negligentiarū
expiationē. Quarto ꝑpter faciliorē orōnuz
noſtrarū ipetrationē. Primo igit̄ inſtituta ē
ꝑpter cuiuſdā tēpli dedicationē. Romani
enim cū vniuerſo orbi dominarēt̄ quoddaz
tēplū maximū cōſtruxerūt: i cuiuſ medio ſu
um idolū collocātes oium ꝓuinciarū ſimu-
lacra p circuitū ſtatuerūt reſpiciētia rectis
vultib⁹ idolū romanorū. Siquando aūt ali-
qua ꝓuincia rebellaret: cōtinuo vt aiūt ar-
te diabolica illi⁹ ꝓuincie ſimulacrum idolo
romanorū poſteriora voluebat: tāq̄ innuēs
φ ab ei⁹ dominio receſſiſſet. Cōcitl igit̄ ro-
mani ad illā ꝓuiciā copioſū exercitū deſti-
nabāt: ⁊ ipſā dn̄io ſuo ſubiugabāt. Verū nō
ſuffecit romanis φ oium ꝓuinciarum ſimu
lacra in vrbe ſua haberent: quin potius fe-
re ſingulis dijs templa ſingula cōſtruxerūt
tāq̄ q eos cūctarū ꝓuinciarū victores ⁊ do-
minos effeciſſent. Sed quia omnia idola tē
plum ibidem habere non poterant ad maio
rem ſue veſanie oſtentationem vnum cete
ris mirabilius ⁊ ſublimi⁹ in honorem deorū
omniū erexerunt: ⁊ pantheon qd̄ ſonat toti
dij vocauerūt: a pan qd̄ ē totū: ⁊ theos de⁹.
Pontifices enim idolorum ad maiorem po
puli deceptionem finxerunt: φ ſibi a cybele
quā oium deorū matrem vocabant fuerit
imperatum: vt ſi de omnibus gentibus vel-
lent victoriam obtinere filijs ſuis tēplū ma-
gnificū fabricarēt. Fundamentū autē ipſi⁹
tēpli ſpericū iacit̄. vt ex ipſa forma deoruz
eternitas demōſtraret̄. Sed q2 latitudo te
ſtudinis iſuſtentabilis videbat̄: cū ſupra ter
rā i edificio aliquātulū ꝓceſſiſſet totū itus
terra replebāt: ſimul: vt dr̄: cū t̄ra denarioſ
iaciētes: ⁊ ſic quouſq̄ p̄dictū templū mira-
biliter ē conſumatū. Tūc data licentia ē: vt
quicūq̄ terraz aſportare vellet tota quā in
ipa terra iueniſſet pecunia ſua eſſet. Feſti-
ne ḡ turba ꝓperat: ⁊ ipz tēplū cito euacuat.
Deniq̄ romani pineā eneam ⁊ deauratam
fabricant: ⁊ in ſūmitate collocant. Aiunt q̊z
qd hac omnes prouincie mirabiliter ſculpte
erant: ita vt qcūq̄ romam veniſſet verſus
quo eēt ſua prouincia ſcire poſſet. Hec aūt
procedente tempore inde cecidit. vnde ⁊ in
predicto templo in ſūmitate apertura re-
manſit. Tempore igitur foce imperatoris
cum iam dudū roma fidē domini recepiſſz.
Bonifacius papa quartus a magno grego
rio circa annum domini. dc. v. predictuz tē-
plū a foca ceſare impetrauit ⁊ omnium ido
lorum eliminata ſpurcitia ipſum templum
.4°. idus mai in honore btē Marie ⁊ oium
beatorum martyrum conſecrauit: ac locuz
ſancte Marie ad martyres appellauit: qui
nunc ſancta Maria rotunda a populo ap-
pellatur: nōdū enim confeſſorum ſolennia
ab eccleſia agebantur. Sz quia ad hoc fe-
ſtum multitudo maxima confluebat: ⁊ ꝓ-
pter defectum victualium celebrationi va-
care non poterant: ideo quidam papa gre-
gorius nomine hoc feſtuz in calendis nouē-
bris quando maior victualium copia vide-
tur eē meſſibus ⁊ vindemijs celebratis fie-
ri inſtituit: ac per vniuerſum mundum hunc
diem in honore omnium ſanctoruz celebra-
ri ſolēniter ordinauit. Et ſic templum quod
fabricatum fuerat omnibus idolis: nunc d̄-
dicatum eſt omnibus ſanctis: ⁊ vbi multitu
do colebatur idolorum: ibi deuote laudat̄
multitudo ſanctorum. Secundo inſtituta
eſt propter omiſſorum ſuppletionem. Nos
enim multos ſcōs omiſimus: de quib⁹ nullā
feſtiuitatē ſiue etiam memoriā fecim⁹. Nō
enim poſſumus omnium ſcōrū feſta agere:
tū propter ſanctorum multiplicitatez: quia
multi ⁊ quaſi infiniti ſūt. Tū ꝑpter noſtraz
īfirmitatē q2 īfirmi ſum⁹ ⁊ debiles: nec ad h̄
ſufficere poſſem⁹. Tū ꝑpter tēporis breui-
tatem: q2 etiā tēpus nō ſufficeret. Nā ſicut
ait Hieronimus i quadā epiſtola: q̄ i ſuo ca
lendario p̄ponit̄: nullus dies ē excepto die
calēdarū ianuariarum: q nō vltra quinq̄ mi
lium martyrū reperiri poſſit aſcriptus. Jdq̄
eccleſia rōnabilit̄ ordinauit: vt q2 oiuz ſcōrū
ſingulariter feſta facere non poſſumus ſal-
tem oēs generaliter ⁊ inſimul honoremus.
Quare autē inſtitutum ſit: vt feſtiuitates
ſanctorum in terris agamus: magiſter Ui-
lhelmus altiſiodorēſis i ſumma d̄ officio po
nit ſex rōnes. Prima ē propter honorē di-
uine maieſtatis. Cum enim ſcis honorē ipē-
dimus deum i ſcis honoramus: ⁊ ipſuz i eis
mirabilē p̄dicamus quia qui ſanctis hono-
rem tribuit illum ſpecialiter honorat q eos
ſanctificauit. Secunda ē ꝑpter auxiliū nr̄e
infirmitatis: quia enim per nos ſalutem ha-
bere non pſſumus: ideo ſanctorum itercer-
ſionib⁹ indigemus: a quib⁹ vt adiuuari mere
amur merito ipſos honorare debemus: legi
tur i quarto Re. i. φ berſabee que interpre-
tatur puteus ſatietatis. i. eccleſia triūphās
filio ſuo ideſt eccleſie militanti regnum ſuis
precibus obtinuit. Tertia ē propter augmē
tū noſtre ſecuritatis: vt. ſ. per ſanctorū glori
am q̄ nobis i eorū feſtiuitate ꝓponit̄ noſtra
ſpes ⁊ ſecuritas augmentet̄. Si. n. homines
mortales nobis ſimiles potuerunt ita p ſua
merita ſublimari: cōſtat q2 nos ſimiliter po
terim⁹ cū man⁹ dn̄i abbreuiata nō ſit. Quar
ta ē propter exēplū noſtre imitatiōis. Cum
eniz eorū feſtiuitas recenſet̄ ad eorū imitati-
onē prouocamur: vt. ſ. eorū exēplo: terrena
cōtēnamus: ⁊ celeſtia deſiderem⁹. Quinta
ē ꝑpter debitū mutue viciſſitudinis. Sācti
enim de nobis i celo feſtū faciunt: q2 gaudi-
um ē angelis dei ⁊ animabus ſanctis ſuper
vno peccatore penitentiā agente. Ut igitur
eis viciſſitudinē repēdam⁹ iuſtum ē: vt quia
ipſi de nobis feſtuz agunt in celis: ⁊ nos de
ipſis feſtū agam⁹ in terris. Sexta eſt ꝑpter
ꝓcurationē noſtri honoris. Cum enim ſan-
ctos honoram⁹: tūc noſtrā rē agim⁹: ⁊ noſtrū
honorē ꝓcuram⁹: q2 eorū feſtiuitas ē noſtra
dignitas. nā cū honoram⁹ fr̄es nr̄os honora
mus noſipſos: charitas nāq̄ facit omnia eē
communia. Oia quidē noſtra ſūt celeſtia: ter-
reſtria ⁊ eterna. Preter āt has rōnes ponit
alias rōnes Joānes damaſcen⁹ libro 4°. ca.
7°. Quare. ſ. ſancti ⁊ pariter eorū corpora: ſi-
ue reliquie debeant honorari: quarum que-
dam ſumuntur quantum ad eorū dignitatē
quedam quantū ad corporū ipſorū precioſi-
tatē. Dignitas autem eorum: vt ibidē dicit
quadruplex ē: qm̄ ipſi ſunt amici dei: filij dei
heredes dei ⁊ duces noſtri: ⁊ ponit iſtas au-
ctoritates. De primo ioānis. 1z°. Jam nō di-
cam vos ſeruos: ſz amicos ⁊c. De. z°. Joan-
nis p̄mo. Dedit eis poteſtatē filios dei fieri.
De. 3°. ro. 8°. Si aūt filij ⁊ heredes. ⁊c. De. 4°.
ſic dicit. Quantū laborares: vt ducē iueni-
res q mortali te regi adduceret ⁊ pro te ad
ipſum ſermonē faceret. Duces igit̄ toti⁹ ge
neris q ad deū ꝓ nobis iterpellationes fa-
ciunt nōne honorandi ſunt: vtiq̄ quidē ho-
norādi ſunt tēpla erigētes deo ⁊ eorū memo
riā venerantes. Alie ſumunt̄ quātū ad cor-
porū ipſorū precioſitatē: ⁊ ponit idē damaſce
nus quatuor ⁊ Auguſtin⁹ addit quintū per
que manifeſtat̄ p̄cioſitas corporū ſanctoruz
ſiue reliquiarū. Jpſa enim ſanctorū corpora
fuerunt promptuariū dei. tēplū chriſti: ala-
baſtrū ſpiritualis vnguenti: fontes diuini: ⁊
organū ſpirit⁹ ſancti. ¶ Primo eni fuerunt
prōptuarium dei. Unde dicit. Hi eni prom
ptuaria dei plura cenacl'a facti ſunt. ¶ Se
cūdo templū Chriſti. Unde ſequit̄. Quoni
am per intellectū in corporibus eorū habita
uit deus. Ait apoſtolus. Neſcitis quoniam
corpora veſtra tēplū inhabitantis in vobis
ſpiritus ſancti ſunt. de⁹ aūt ſpirit⁹ eſt. Qua-
re igitur nō ſūt honorāda animata tēpla dei
⁊ animata dei tabernacula ⁊c. De hoc etiā
Chryſoſtomus. homo in edificatione parie-
tum delectatur: deus autē in conuerſatiōe

ſanctorum. Unde pſalmiſta. Domine dile
xi decorē domus tue: quē decorē? non queꝫ
diuerſitas marmorū ſplēdētiū facit: ſꝫ quē
preſtat varietas viuentiū gratiarum. Ille
decor carnē delectat: iſte viuificat animam
ille ꝓ tēpore deijcit ⁊ decipit oculos: iſte
aūt i perpetuū edificat itellectū. ¶ Tertio
alabaſtruꝫ ſpiritualis vnguenti. Unde ait.
Unguentū boni odoris ex ſe manās ſāctoꝝ
reliquie tribuētes ⁊ nullus hoc decredat.
Si enim ex rupe ⁊ firma petra aqua ibere
mo emanauit: ⁊ ex maxilla aſini Sāſō ſitiē
ti: ex martyrū reliquijs: vnguentum bene
olens emanare incredibile nequaq̄ʒ ē: ſitien
tibꝰ demū dei virtutē ⁊ ſanctoꝝ qui ab ipſo
ē honorem. ¶ Quarto fontes diuini. Unde
ait. Iſti viuentes in veritate cū libera pre
ſentia deo aſſiſtunt: fontes nobis ſalutares
dominator chriſtus ſanctoꝝ ſuorū prebuit
reliquias multiformia beneficia irrigātes.
¶ Quinto organū ſpiritus ſācti. hanc ratio
nē aſſignat Auguſtinꝰ in libro de ciuitate d̄i
dicens. Nō ſunt cōtēnēda: ſed plurimū re
uerenda ſāctoꝝ corpora quibꝰ dū adhuc vi
uerent ſpiritus ſanctꝰ quaſi quibuſdā orga
nis ad oē opus bonū vſus ē. Unde apoſto
lus. An experimentū queritis eius qui i me
loquitur chriſtus? ⁊ de Stephano dicit̄ ꝙ
non poterāt reſiſtere ſapientie ⁊ ſpiritui qui
loquebat̄. Itē Ambroſius i examerō. Hoc
ē precioſiſſimū: ꝙ homo diuine vocis ſit or
ganum ⁊ corporalibus labijs exprimit cele
ſte oraculū. ¶ Tertio iſtituta ē ꝓp negligen
tiaꝝ expiationē. Licet eni paucoꝝ ſanctoꝝ
feſta agamꝰ adhuc tamē illa pauca negligē
ter ſepe agimꝰ: ⁊ multa ibidē ꝑ ignorantiam
vel negligentiā omittimꝰ. Si qd igit̄ in alijs
ſolēnitatibꝰ ſāctoꝝ quas egimꝰ neglexímus
i hac generali feſtiuitate ſupplere poſſumꝰ
⁊ de negligentia nos purgare valemus. hec
ratio tangi videt̄ in ſermone qui hac die per
eccleſias recitat̄: i quo ſic dicit̄. Decretū eſt
vt hac die ſanctoꝝ oīuꝫ memoria habeatur
vt quicqd humana fragilitas ꝑ ignorantiaꝫ
vel ꝑ negligentiā ſeu ꝑ occupationē rei ſe
cularis i ſolēnitatibꝰ ſcōꝝ minꝰ plene ꝑegiſ

ſet i hac ſancta obſeruatione ſoluat̄. ¶ No
tandū aūt ꝙ q̄druplex ē differētia ſanctoꝝ
noui teſtamēti: quos ꝑ āni circulū colimus
⁊ quos hodierna die iſimul recolligimꝰ: vt
ea que negligēter fecimꝰ ſuppleamꝰ. ſ. apo
ſtoli: martyres: cōfeſſores: ⁊ virgines. Et hi
ſecūdū Rabanū ꝑ quattuor mūdi partes ſi
gnificāt̄: ꝑ oriētē apoſtoli: ꝑ meridiē marty
res: ꝑ aquilonē cōfeſſores: ꝑ occidētē virgi
nes. Prima igit̄ differētia ē apoſtoloꝝ: quo
rū dignitas ⁊ excellētia manifeſtat̄ ex eo ꝙ
oēs alios ſanctos in quatuor excedūt. Pri
mo i p̄eminentia dignitatis. Ipſi eni ſunt ſa
pientes p̄ncipes eccleſie militantis: poten
tes aſſeſſores eterni iudicis: dulces paſto
res dominici gregis. Bernardus. Tales de
cebat humani generis paſtores ⁊ doctores
conſtitui qui ⁊ dulces eſſent ⁊ potētes eēnt
⁊ ſapientes. Dulces vt me blande ⁊ miſeri
corditer ſuſciperent: potētes vt fortiter ꝓ
tegerēt: ſapiētes vt ad viā ⁊ ꝑ viā ducerēt
q̄ ducit ad ciuitatē. Secūdo in p̄eminentia
poteſtatis: de quoruꝫ poteſtatis preeminē
tia ſic dicit Auguſtinus. Apoſtolis deus d̄
dit poteſtatem ſuper naturam: vt eam cura
rent: ſuper demones: vt eos euerterent: ſu
per elementa: vt ea mutarēt: ſuper animas
vt ipſas a pccīs ſoluerent: ſuper morteꝫ: vt
ipſā cōtemnerent: ſuper angelos: vt corpus
dominicum conſecrarent. Tertio in p̄ero
gatiua ſcītatis vn̄ ꝓpter eoꝝ maximā ſcītā
tem ⁊ gratiaꝝ plenitudineꝫ vita ⁊ cōuerſa
tio chriſti i eis tāq̄ʒ i ſpeculo relucebat: ⁊ co
gnoſcebat̄ i eis: ſic ſol i ſuo ſplendore: ſic ro
ſa in ſuo odore: ſicut ignis in ſuo calore.
De hoc dic̄ Chriſoſtomus ſuper Matheū.
Miſit chriſtus apoſtolos quaſi ſol radios
ſuos: quaſi roſa ſuauitatis ſue odorē: quaſi
ignis ſintillas ſuas diſperſit: vt ſic ſol i radi
is ſuis apparet: ſic roſa i odoribus ſuis ſētit̄
ſic ignis in ſintillis ſuis aſpicit̄: ſic in illorum
virtutibꝰ xp̄i potētia cognoſcat̄. hec Chriſoꝰ
Quarto in efficacia vtilitatis: de quorū ef
ficacia ſic dic̄ Aug. loq̄ns d̄ apoſtol. ex abie
ctiſſimis ⁊ paucíſſimis nobilitant̄ illumināt̄
multiplicāt̄ dulciſſima eloqa p̄clariſſima i



genia: copioſiſſima agmina auctoruꝫ facū
dorum atq̄ʒ doctoꝝ. ¶ Secunda differētia
ē martyꝝ quoꝝ dignitas ⁊ excellētia mani
feſtat̄ ex eo ꝙ paſſi ſūt multipliciter: vtilit̄
⁊ cōſtāter. Multiplicit̄ qm̄ preter martyriū
ſanguinis paſſi ſūt triplex aliud martyrium
ſine ſāguine: de q̄ triplici martirio dic̄ Ber
nardus. Triplex ē martyriū ſine ſanguine
. ſ. parcitas i vbertate quam habuit Dauid
Largitas i paupertate quā exhibuit Tho
bias: ⁊ vidua. Caſtitas in iuuētute q̄ vſus ē
Ioſeph i egypto. Scdm̄ aūt gregorium tri
plex ē martyriū ſine ſanguine. ſ. patiētia ad
uerſoꝝ. Unde dic̄. Sine ferro martyres eē
poſſumus ſi patiētiā in aīo veraciter cuſto
dimꝰ. Cōpaſſio afflictoꝝ. vn̄ dic̄. Qui dolo
rem exhibet i aliena neceſſitate crucē por
tat i mēte: dilectio inimicoꝝ: vn̄ dic̄ ferre cō
tumelias: odiētē diligere: martyriū ē i oc
culta cogitatiōe. ¶ Secūdo vtiliter q̄ vtili
tas ex parte ipſoꝝ martyꝝ ē oīum pccōrum
remiſſio: meritoꝝ cumulatio: ⁊ eterne glo
rie perceptio. Iſta precio ſui ſanguinis ſibi
emerunt: ⁊ idō eoꝝ ſanguis dr̄ precioſus. i.
precio plenus. De primo ⁊ ſcdō dic̄ Auguſt.
de ciuitate dei. Quid eſt precioſius q̄ʒ mors
ꝓpter quā debita dimittunt̄ ⁊ merita cu
mulant̄? Idē ſup ioānē. Precioſꝰ ē ſāguis
xp̄i ſine pccō. Fecit tamē ip e etiā ſuoꝝ ſan
guinem p̄cioſū ꝓ quibꝰ dedit ſanguinē pre
cium. Nā ſi ſuoꝝ ſāguinē non faceret p̄cio
ſum: non diceret̄ p̄cioſa i conſpectu dn̄i ⁊c̄.
Itē cyprianus. Martyriū ē delictoꝝ finis:
periculi terminꝰ: dux ſalutis: patiētie magi
ſter: domus vite. De tertio Bernardꝰ. Tria
ſunt q̄ mortē ſcōꝝ faciūt p̄cioſā: qes a labo
re: gaudiuꝫ de nouitate: ſecuritas de eter
nitate. Ex parte nr̄i duplex ē vtilitas: qꝛ da
ti ſūt nobis i exēplar ad certāduꝫ. Chryſoꝰ.
Tu xp̄iane d̄licatꝰ es miles: ſi putas te poſ
ſe ſine pugna vicere: ſine certamine trium
phare. Exerce vires fortitudīe: dimica atro
citer: i prelio iſto cōcerta: cōſidera pactū: cō
ditionē attēde: militiā noſce. Pactū qd̄ ſpo
pōdiſti: cōditionē quā aſſūpſiſti: militiā: cui
nomē dediſti. Hoc. n. pacto cūcti pugnaue
rūt: hac cōditiōe vniuerſi vicerūt: hac militia

triūphauerūt. hec chriſoꝰ. Secūdo datq̄ ſūt
nobis i patronos ad auxiliādū. adiuuāt eni
nos ⁊ meritis ſuis ⁊ orōnibꝰ ſuis. De primo
Auguſti. O imēſa dei pietas martyꝝ meri
ta nr̄a vult eſſe ſuffragia: illos examinat vt
nos erudiat: illos cōterit vt nos acqrat: illo
rum cruciatꝰ nr̄os vult eē ꝑfectꝰ. De ſcdō
Hieronymꝰ cōtra vigilātiū. Si apl̄i ⁊ mar
tyres adhuc i corpore poſiti poſſūt orare ꝓ
ceteris: qn̄ de ſe adhuc deberēt eē ſollicíti
quanto magis poſt coronas: victorias: ⁊ tri
umphos? Unus hō Moyſes ipetrauit ve
niam a deo ſexcentis milibus armatorum: ⁊
Stephanus paulo veniā deprecat̄: ⁊ poſt
q̄ʒ cū chriſto eē ceperūt minꝰ valebūt? Pau
lus apl̄s. 276. ſibi dicit i naui aīas cōdona
tas: ⁊ poſtq̄ʒ reſolutꝰ ceperit eē cū Chriſto:
tūc ora clauſurꝰ ē? ¶ Tertio cōſtāter. Aug.
Frāmea ē aīa martyris ſplēdida charitate
acuta veritate: dei pugnātis vibrata virtu
te: q̄ bella fecit: q̄ contradicentiū cateruas
redarguendo ſuperauit: percuſſit infeſtos:
proſtrauit aduerſos. Item Chryſoſtomus.
Torti torquentibus fortiores ſteterunt: ac
laniātes vngulas laniata membra vicerūt.
¶ Tertia differentia eſt confeſſorum quo
rum dignitas ⁊ excellentia manifeſtatur ex
eo ꝙ dominum confeſſi ſunt tribus modis
ſcilicet corde: ore: ⁊ opere. Confeſſio autem
cordis nō ſufficit ſine confeſſione oris: ſicut
probat Chriſoſtomus quatuor rationibus
ſuper Matheum. Quantum ad primum
ſic dicit. Radix confeſſionis fides eſt cor
dis. cōfeſſio aūt fructus eſt fidei. Sicut er
go quādiu radix eſt viua in terra: neceſſe eſt
vt ramos producat: aut folia. Si auteꝫ nō
produxerit ſine dubio intelligis quia radix
eius in terra ſiccata eſt. ſic quādiu fides cor
dis integra eſt: ſemper germinat confeſſio
nem in ore. Si autem confeſſio oris marci
da fuerit intellige ſine dubio: quia fides cor
dis eius iam ante ſiccata eſt. Quantum ad
ſecundam ſic dicit. Si tibi prodeſt corde cre
dere: ⁊ coram hominibus non confiteri: er
go ⁊ i fideli i hipochriſi cōfiteri xp̄m prodeſt
etiā ſi corde nō credat. Si aūt ille nihil ꝓfi
cit ſine fide cōfitens: nec tu ꝓficis credēdo

ſine ꝯfeſſiōe. Quātū ad tertiā ſic dicit. Etſi
ſufficit xp̄o q̄a cognoſcis eū ēt ſi ꝯfeſſus eū
non fueris corā hominibus: ergo ⁊ tibi ſuffi
cit: quia cognoſcit te Chriſtus etiā ſi te cō
feſſus non fuerit corā deo. Si aūt tibi non
ſufficit cognitio ei⁹: nec illi ſufficiet fides
tua. Quantū ad quartā ſic dicit. Si eni ſuf/
ficeret fides cordis: cor tantūmodo tibi de⁹
creaſſet. Nunc autē ⁊ os tibi deus creauit
vt corde credas ⁊ ore cōfitearis. ¶ Tertio
cōfeſſi ſunt deū opere. Qualiter aūt quis
deum opere confiteatur aut neget oſtendit
hieronymus in originali ſuper illud. Cōfitē
tur ſe noſſe deum. dicens. Chriſt⁹ ſapientia
eſt: iuſticia: veritas: ſanctitas: fortitudo. ne/
gat̄ per īſipiētiā ſapiētia: ꝑ iniq̄tatē iuſticia.
ꝑ mendaciū veritas: ꝑ turpitudinem ſancti
tas: per imbecillitatem animi fortitudo. Et
quotienſcūq̄ꝫ vincimur vitijs atq̄ꝫ peccatis
totiens deū negamus. Et ecōuerſo quotiēs
bene quid agim⁹ deū cōfitemur. ¶ Quarta
differentia eſt virginū: quaꝝ dignitas ⁊ ex
cellentia manifeſtatur. primo q꞉ ip̄e ſūt ſpō/
ſe eterni regis. Ambroſius. Pulchritudinē
quis poteſt maiorē exiſtimare decore eius q
amatur a rege: probatur a iudice: dedicat̄ a
dn̄o: ſemper ſponſa ſēp innupta. ¶ Secūdo
quia comparant̄ angelis. Ambroſius. Vir/
ginitas cōditionē humane nature ſupergre
ditur per quā homines angelis ſociant̄: ma/
ior tamen eſt victoria virginū q̄ꝫ angelorū
Angeli. n. ſine carne viuūt. virgines vero in
carne triūphant. ¶ Tertio q꞉ illuſtriores ſūt
fidelibus vniuerſis. Unde Cyprianus. Vir/
ginitas eſt flos eccleſiaſtici germinis. decus
atq̄ꝫ ornamenta gratie ſpiritualis. Leta ido
les laudis ⁊ honoris opus integrum atq̄ꝫ in/
corruptū dei imago rurſus ad ſanctimoniā
dei illuſtrior portio gratie gregis chriſti.
¶ Quarto quia preferunt̄ coniugatis. hec
aūt excellentia quā hēt virginitas reſpectu
copule coniugalis patet ex multiplici cōpa/
ratione ad illā. Illa enim impregnat vētrē
iſta mentē. Auguſtinus. Generoſius elegit
in carne vitam iam imitari angelorū q̄ꝫ i car
ne numerum augere mortaliū. Eſt aūt vbe
rior feliciorq̄ꝫ fecunditas. nō ventre graue/
ſcere: ſed mēte grādeſcere. Illa ꝑturit filios
doloris: iſta filios gaudij ⁊ exultationis. Au/
guſtin⁹. Ipa cōtinentia nequaq̄ꝫ ſterilis ē: ſꝫ
fecunda mater filioꝝ gaudioꝝ de marito te
dn̄e. Illa filijs replet terrā: iſta celū. Hiero/
nymus. Nuptie terrā iplent: virginitas pa
radiſum. illa ē multe ſollicitudinis: iſta quie/
tis. Gilbert⁹. Virginitas ē curarū ſilentiū:
pax carnis: redēptio vitioꝝ: ꝓncipatus vir
tutū. illa ē bonū. iſta melius. Hieronym⁹ ad
Pāmachiū. Tantū ē īter nuptias ⁊ virgini/
tatē: q̄ntū iter nō peccare ⁊ beatificare. Im/
mo vt leuius dicā: q̄ntū inter bonum ⁊ meli
us. illa comparatur ſpinis: iſta roſis. Hiero
nymus ad Euſtachiū. Laudo nuptias: ſed
quia mihi virgines generant: lego de ſpinis
roſam: de terra aurum: de concha margari
tam. ¶ Quinto quia multis gaudent ꝓuile/
gijs. Ipſe nanq̄ꝫ virgines coronā aureolā
habebūt: canticū nouū ſoli cantabūt. Veſti
mentis eiſdē cū chriſto gaudebūt: poſt ipſū
agnū ſemꝑ ābulabūt. ¶ Quarto ⁊ vltimo i
ſtituta ē ꝓꝑ faciliorē orationum noſtraꝝ ipe
trationē: vt ſicut oēs ſāctos vniuerſaliter
hac die honoram⁹: ſic ⁊ ip̄i oēs ꝓ nobis ſi/
mul itercedant: vt ſic dei miſericordiā faci/
li⁹ ipetrem⁹. Si eni ipoſſibile ē multoꝝ pre/
ces nō exaudiri: cōſtat ꝙ impoſſibile valde
erit oium ſanctoꝝ ꝓ nobis orātiū ꝓces non
exaudiri. Hec ratio i orōne tāgit̄ cū dicitur
Deſideratā nobis tue ꝓpitiatiōis abūdanti
am multiplicatis iterceſſorib⁹ largiaris. In
tercedūt eni ꝓ nobis ſci merito ⁊ affectu.
Merito dū nobis eoꝝ merita ſuffragant̄.
affectu dū vota nr̄a cupiūt adipleri: quod
tamē nō faciūt: niſi volūtatē dei nouerint
adiplēdā. Qđ aūt i hac die oēs ſci ad iterce
dēdū vniuerſaliter ꝓ nobis ꝯueniāt: oñdit̄
i viſiōe que ſequēti āno ab hui⁹ ſolēnitatis i
ſtitutiōe cōtigiſſe narrat̄. Cū. n. i hac die cu
ſtos eccleſie ſancti petri ex deuotiōe omnia
altaria circuiſſet: ⁊ oium ſcōꝝ ſuffragia im/
ploraſſet: ⁊ demū ad altare ſci petri rediſſet
ibi paululū regeſcēs extra ſe rapit̄. Et ecce
vidit regē regū i ſublimi ſolio ꝯſiſtētē ⁊ oēs
āgelos in ei⁹ circuitu commorātes. Tunc
ꝟgo ꝟginū i diademate ꝓfulgenti aduenit



quam innumerabilis multitudo virginū ⁊
continētium ſequebat̄. Huic rex ꝓtinus aſ
ſurrexit: ⁊ poſito ſolio iuxta ſe ſedere fecit.
Poſt hoc aduenit quidam veſtitus de pilis
cameloꝝ: quē ſequebat̄ multitudo venera
biliū ſenioꝝ. Deinde aduenit ⁊ alius pōtifi/
cali habitu decoratus: quē aliquoꝝ chorus
in habitu cōſimili ſequebatur. Poſtea vero
ꝓceſſit inumerabilis multitudo militie: poſt
quos aduenit turba diuerſarū gentiū īfini/
ta. Oēs igitur ante regis ſoliū aduenerunt
⁊ ipſū flexis genibus adorauerūt. Is autē
qui in pōtificali habitu erat: matutinas cete
ris ꝓſequentib⁹ inchoauit. Angelus āt q̄ ꝓ/
dictū cuſtodē ducebat eidē viſionē expoſu
it aſſerens virginē i prima acie matrē dei eē
Veſtitū de pilis cameloꝝ Joannē baptiſtā
cum patriarchis ſimul ⁊ ꝓphetis. pontificali
ornatū habitu petrū cum ceteris apoſtolis:
milites martires. turbā reliquā confeſſores
qui ideo oēs ante regē venerūt: vt ꝓ ſui ho/
nore ſibi hac die a mortalib⁹ exhibito grati/
as agerent: ⁊ ꝓ orbe vniuerſo orarēt. deide
ad locū alium duxit: ⁊ vtriuſq̄ꝫ ſexus homi/
nes alios in ſtratis aureis: alios i mēſis gau/
dētes diuerſis delitijs: alios nudos ⁊ inopes
auxiliū mēdicantes oñdit. Dixit autē hunc
purgatorij locū eē: abūdantes vero animas
illas eē quib⁹ ab amicis per multa ſuffragia
copioſe ſubueniebat̄. Egētes vero eē quo/
rū cura nullaten⁹ habebatur. Juſſit ergo vt
oia ſūmo pontifici intimaret: vt poſt feſtum
omniū ſāctoꝝ diē ſtatueret animaꝝ: vt ſal
tē generalia ſuffragia ꝓ illis illa die fierent
qui ſpecialia habere nequirent.

¶ De commemoratione omniū dfūctoꝝ.

Commemoratio oiū fide
lium defunctorum hac die in eccle
ſia fieri inſtituta eſt: vt generalibus benefi/
cijs adiuuētur: qui ſpecialia habere nō pre/
ualent: ſicut in predicta reuelatione mōſtra
tum eſt. Ait quoq̄ꝫ petrus Damiani ꝙ ſāct⁹
Odilo compericns ꝙ apud vulcanum ſici/
lie crebro voces ⁊ vlulatus demonum au/
diebantur plangentiū ꝙ anime defunctoꝝ
per elemoſynas ⁊ orationes de eorum ma/
nibus eripiebantur: in ſuis monaſterijs or
dinauit: vt poſt feſtum omnium ſanctorum
fieret cōmemoratio defunctorū: quod fuit
poſt ab omni eccleſia approbatum. De duo/
bus autē hic ſpecialiter videri poteſt. Pri/
mo de ipſis purgandis. Secundo de eorum
ſuffragijs. ¶ Circa primum tria videnda ſūt
Primo qui ſunt illi qui purgantur. Secun/
do per quos purgantur. Tertio vbi purga/
tur. Illorum autem qui purgantur tria ſunt
genera. Primo qui ſatiſfactione ſibi iniun
cta nondū cōpleta decedunt: verūtamen ſi
tantam haberent cordis contritionem que
ſufficeret ad delendum peccatum: liberi ad
vitam tranſirent etiam ſi ſatiſfactionem mi
nime compleſſent: quia contritio ē maxima
ꝓ peccato ſatiſfactio: ⁊ maxima peccati de/
letio. Hieronymus. Apud deum non tan/
tum valet menſura tēporis q̄ꝫ doloris: nec
abſtinētia tantum ciboꝝ q̄ꝫ mortificatio vi/
ciorum: ſed qui non adeo conteruntur ⁊ an/
te completionem penitentie moriūtur: igne
purgatorij grauiſſime puniuntur niſi forte
eorum ſatiſfactio ab aliquib⁹ caris ſuis ꝑfi/
cienda aſſumatur. Ad hoc tamē ꝙ predicta
cōmutatio valeat q̄tuor requirunt̄. ¶ Pri
mum eſt ex parte cōmutantis ſcilicet eius
auctoritas: q꞉ de ſacerdotis auctoritate de/
bet fieri. ¶ Secundū eſt ex parte illius pro
quo fit cōmutatio ſcilicet eius neceſſitas: q꞉
in tali ſtatu debet eſſe ꝙ per ſe ſatiſfacere
non valet: ſed adiuuari indiget. ¶ Tertium
eſt ex parte illius in quem fit commutatio
ſcilicet charitas: quia neceſſe eſt ipſum eſſe
in charitate que facit ipſā ſatiſfactionē eſſe
meritoriam. ¶ Quartum eſt ex parte pene
ſcilicet debita proportionabilitas: vt vide/
licet minor pena cōmutetur in maiorem: q꞉
plus ſatiſfacit deo pena propria q̄ꝫ aliena.
Eſt enim triplex pena: ſcilicet propria ⁊ vo/
luntaria: ⁊ hec maxime ſatiſfacit. Secunda
eſt propria: ſed non voluntaria: que ē in pur
gatorio. Tertia eſt voluntaria ſed nō pro/
pria: ſicut eſt in predicta commutatione: ⁊
hec minus ſatiſfacit q̄ꝫ prima ex eo ꝙ nō eſt
propria: ⁊ magis q̄ꝫ ſecunda ex eo ꝙ eſt vo/
luntaria. Veruntamen ſi iſte pro quo ſatiſ/

ſine ↄfeſſiōe. Quātū ad tertiā ſic dicit. Etſi
ſufficit xpo q̄a cognoſcis eū ēt ſi ↄfeſſus eū
non fueris corā hominibus: ergo ⁊ tibi ſuffi
ciet: quia cognoſcit te Chriſtus etiā ſi te cō
feſſus non fueris corā deo. Si aūt tibi non
ſufficit cognitio ei⁹: nec illi ſufficiet fides
tua. Quantū ad quartā ſic dicit. Si eni ſuf/
ficeret fides cordis: cor tantūmodo tibi de⁹
creaſſet. Nunc autē ⁊ os tibi deus creauit
vt corde credas ⁊ ore cōfitearis: ¶ Tertio
cōfeſſi ſunt deū opere. Qualiter aūt quis
deum opere confiteatur aut neget oſtendit
hieronymus in originali ſuper illud. Cōfitē
tur ſe noſſe deum. dicens. Chriſt⁹ ſapientia
eſt: iuſticia: veritas: ſanctitas: fortitudo. ne/
gat̄ per iſipiētiā ſapiētia: ꝑ inīqtatē iuſticia.
ꝑ mendaciū veritas: ꝑ turpitudinem ſancti
tas: per imbecillitatem animi fortitudo. Et
quotienſcūq; vincimur vitijs atq; peccatis
totiens deū negamus. Et ecōuerſo quotiēs
bene quid agim⁹ deū cōfitemur. ¶ Quarta
differentia eſt virginū: quaꝝ dignitas ⁊ ex
cellentia manifeſtatur. primo q2 ipē ſūt ſpō/
ſe eterni regis. Ambroſius. Pulchritudinē
quis poteſt maiorē exiſtimare decore eius q̄
amatur a rege: probatur a iudice: dedicat̄ a
dō: ſemper. ſponſa ſēp innupta. ¶ Secūdo
quia comparant̄ angelis. Ambroſius. Vir/
ginitas cōditionē humane nature ſupergre
ditur per quā homines angelis ſociant̄: ma/
ior tamen eſt victoria virginū q̄ angelorū
Angeli. n. ſine carne viuūt. virgines vero in
carne triūphant. ¶ Tertio q2 illuſtriores ſūt
fidelibus vniuerſis. Unde Cyprianus. Vir/
ginitas eſt flos eccleſiaſtici germinis. decus
atq; ornamenta gratie ſpiritualis. Leta ido
les laudis ⁊ honoris opus integrum atq; in/
corruptū dei imago rurſus ad ſanctimoniā
dei illuſtrior portio gratie gregis chriſti.

¶ Quarto quia preferunt̄ coniugatis. hec
aūt excellentia quā hēt virginitas reſpectu
copule coniugalis patet ex multiplici cōpa/
ratione ad illā. Illa enim impregnat vētrē
iſta mentē. Auguſtinus. Generoſius elegit
in carne vitam iam imitari angelorū q̄ i car
ne numerum augere mortaliū. Eſt aūt vbe
rior feliciorq; fecunditas. nō ventre graue/
ſcere: ſed mēte grādeſcere. Illa ꝑturit filios
doloris: iſta filios gaudij ⁊ exultationis. Au/
guſtin⁹. Ipa cōtinentia nequaq̄ ſterilis ē: ſ3
fecunda mater filioꝝ gaudioꝝ de marito te
dn̄e. Illa filijs replet terrā: iſta celū. Hiero/
nymus. Nuptie terrā iplent: virginitas pa
radiſum. illa ē multe ſollicitudinis: iſta quie/
tis. Gilbert⁹. Virginitas ē curarū ſilentiū:
pax carnis: redēptio vitioꝝ: ꝑncipatus vir
tutū. illa ē bonū. iſta melius. Hieronym⁹ ad
Pāmachiū. Tantū ē iter nuptias ⁊ virgini/
tatē: q̄tū iter nō peccare ⁊ beatificare. Im/
mo vt leuius dicā: q̄tū inter bonum ⁊ meli
us. illa comparatur ſpinis: iſta roſis. Hiero
nymus ad Euſtachiū. Laudo nuptias: ſed
quia mihi virgines generant: lego de ſpinis
roſam: de terra aurum: de concha margari
tam. ¶ Quinto quia multis gaudent ꝑuile/
gijs. Ipſe nanq; virgines coronā aureolā
habebūt: canticū nouū ſoli cantabūt. Veſti
mentis eiſdē cū chriſto gaudebūt: poſt ipſū
agnū ſemp ābulabūt. ¶ Quarto ⁊ vltimo i
ſtituta ē pp faciliorē orationum noſtraꝝ ipe
trationē: vt ſicut oēs ſāctos vniuerſaliter
hac die honoram⁹: ſic ⁊ ipi oēs ꝓ nobis ſi/
mul itercedant: vt ſic dei miſericordiā faci/
li⁹ ipetrem⁹. Si eni ipoſſibile ē multoꝝ pre/
ces nō exaudiri: cōſtat q̄ impoſſibile valde
erit oium ſanctoꝝ ꝓ nobis orātiū ꝑces non
exaudiri. Hec ratio i orōne tāgit̄ cū dicitur
Deſideratā nobis tue ꝓpitiatiōis abūdanti
am multiplicatis iterceſſorib⁹ largiaris. In
tercedūt eni ꝓ nobis ſci merito ⁊ affectu.
Merito dū nobis eoꝝ merita ſuffragant̄.
affectu dū vota nr̄a cupiūt adipleri: quod
tamē nō faciūt: niſi volūtatē dei nouerint
adiplēdā. Qđ aūt i hac die oēs ſci ad iterce
dēdū vniuerſaliter ꝓ nobis ↄueniāt: oñdit̄
i viſiōe que ſequēti āno ab hui⁹ ſolēnitatis i
ſtitutiōe cōtigiſſe narrat̄. Cū. n. i hac die cu
ſtos eccleſie ſancti petri ex deuotiōe omnia
altaria circuiſſet: ⁊ oium ſcōꝝ ſuffragia im/
ploraſſet: ⁊ demū ad altare ſci petri rediſſet
ibi paululū regeſcēs extra ſe rapit̄. Et ecce
vidit regē regū i ſublimi ſolio ↄſiſtētē ⁊ oēs
āgelos in ei⁹ circuitu commorātes. Tunc
vgo vginū i diademate ꝑfulgenti aduenit



quam innumerabilis multitudo virginū ⁊
continētium ſequebat̄. Huic rex ꝓtinus aſ
ſurrexit: ⁊ poſito ſolio iuxta ſe ſedere fecit.
Poſt hoc aduenit quidam veſtitus de pilis
cameloꝝ: quē ſequebat̄ multitudo venera
biliū ſenioꝝ. Deinde aduenit ⁊ alius pōtifi/
cali habitu decoratus: quē aliquoꝝ chorus
in habitu cōſimili ſequebatur. Poſtea vero
ꝓceſſit inumerabilis multitudo militie: poſt
quos aduenit turba diuerſarū gentiū ifini/
ta. Oēs igitur ante regis ſoliū aduenerunt
⁊ ipſū flexis genibus adorauerūt. Is autē
qui in pōtificali habitu erat: matutinas cete
ris ꝓſequentib⁹ inchoauit. Angelus āt q ꝑ/
dictū cuſtodē ducebat eidē viſionē expoſu
it aſſerens virginē i prima acie matrē dei eē
Veſtitū de pilis cameloꝝ Joannē baptiſtā
cum patriarchis ſimul ⁊ ꝓphetis. pontificali
ornatū habitu petrū cum ceteris apoſtolis:
milites martires. turbā reliquā confeſſores
qui ideo oēs ante regē venerūt: vt ꝓ ſui ho/
nore ſibi hac die a mortalib⁹ exhibito grati/
as agerent: ⁊ ꝓ orbe vniuerſo orarēt. deide
ad locū alium duxit: ⁊ vtriuſq; ſexus homi/
nes alios in ſtratis aureis: alios i mēſis gau/
dētes diuerſis delitijs: alios nudos ⁊ inopes
auxiliū mēdicantes oñdit. Dixit autē hunc
purgatorij locū eē: abūdantes vero animas
illas eē quib⁹ ab amicis per multa ſuffragia
copioſe ſubueniebat̄. Egētes vero eē quo/
rū cura nullaten⁹ habebatur. Juſſit ergo vt
oia ſūmo pontifici intimaret: vt poſt feſtum
omniū ſāctoꝝ diē ſtatueret animaꝝ: vt ſal
tē generalia ſuffragia ꝓ illis illa die fierent
qui ſpecialia habere nequirent.

¶ De commemoratione omniū dfūctoꝝ.

Commemoratio oiū fide
lium defunctorum hac die in eccle
ſia fieri inſtituta eſt: vt generalibus benefi/
cijs adiuuētur: qui ſpecialia habere nō preua/
lent: ſicut in predicta reuelatione mōſtra
tum eſt. Ait quoq; petrus Damiani q̄ ſāct⁹
